Cognoscam te dñe cognitor meꝰ. cognoscam te virtus anīe mee. Ostēde te mihi ꝯsolator meꝰ. videā te lumē oculorū meorum. Ueni gaudiū spūs mei. videā te leticia cordis mei. Diligā te vita anīe mee. Appare mihi delectatio mea mag. solaciū meū dulce: dñe deꝰ meꝰ. vita mea et glīa tota aīe mee. Inueniā te desideriū cordis mei: teneā te amor aīe mee. Amplectar te spōse celestis. Exultatio mea sūma intꝰ et extra. possideā te btitudo sempiterna: possideā te in medio cordis mei: vita btā: dulcedo sūma aīe mee. Diligā te domine fortitudo mea. dñs firmamētū meum et refugiū meū: et libator meꝰ. Amem te deꝰ meꝰ adiutor meꝰ: turris fortitudīs mihi: et spes mea dulcis in omi tribulatōe mea. Amplectar te bonū sine quo nihil bonū. fruar te optimū sine quo nihil ē optimū. Aperi penetralia auriū mearum: verbū penetraliꝰ omi gladio ancipiti: vt audiā vocē tuā. Intona dñe desup voce grādi et forti. Concutiat mare et plenitudo eiꝰ. ꝯmoueatur terra et oia que in eis sūt. Illustra oculos meos lux incōphēsibilis: fulgura coruscatōes: et dissipa eos: vt nō videāt vanitatē. Flumina multiplica et ꝯturba eos. vt appareāt fontes aquarum: et reuelentur fūdamēta orbis terrarum. Tribue visū lux inuisibilis: qui te videat. Crea nouū olfactū odor vite: qui post te currat in odorē vnguentorum tuorū. Gustū sana qui sapiat et cognoscat et discernat quam magna multitudo dulcedīs tue dñe: quā abscōdisti his qui pleni sunt charitatis tue. Da cor quod te cogitet. animū qui te diligat: mentē qui te recolat: intellectū qui te intelligat. rationē que tibi semp sūmo delectabili fortiter adhereat. Te sapiēter amor sapiēs diligat. O vita cui oia viuūt. vita que das mihi vitā: vita que es mea vita. p quam viuo. sine qua morior. vita p quā resuscitor: sine qua pereo. vita p quā gaudeo: sine qua tribulor: vita vitalis dulcis et amabilis: sp memorialis. Ubi quęso es: vbi te inueniā: vt in me deficiā et in te subsistam? Prope esto in aīo: ppe in corde. ppe in ore: ppe i auribꝰ: ppe in auxilio. qr amore lāgueo: qr sine te morior: qr te recolens suscitor. Odor tuꝰ me recreat. memoria tua me sanat. sed satiabor cū apparuerit glīa tua vita aīe mee. Cōcupiscit et deficit anima mea de memoria tua quū veniā et apparebo tibi leticia mea. Quare faciē tuā auertis gaudiū meū p quod gaudeo? Ubi ē abscōditus pulcer quē desidero? Odorem tuū haurio. viuo et gaudeo. Te aūt non video. vocē tuā audio et reuiuisco. Sed cur faciē tuā abscōdis? forte dicis. Non videbit me hō et viuet. Eya dñe moriar vt te videā. videā vt hic moriar. Nolo viuere: volo mori: dissolui cupio et esse cum christo. Mori dsidero vt videā christū. viuere renuo vt viuam cū christo. O domine iesu accipe spiritū meū. vita mea suscipe aīam meā. Gaudiū meū attrahe cor meū. dulcis cibꝰ meꝰ ꝯmedam te. Caput meū dirige me. Lumē oculorum meorum illumina me. mdos meꝰ tēpera me. Odor meus viuifica me. Verbū dei recrea me. Laus mea letifica aīam serui tui. Intra i eā gaudiū meū vt in te gaudeat. Intra in eam dulcedo sūma vt dulcia sapiat. Lumen eternū illustra sup eā vt te intelligat ꝯgnoscat et diligat. Ob hoc enim nō te diligit dñe: si nō diligit: qr nō te ꝯgnoscit. et te nō nō cognoscit qr nō intelligit. Et idcirco nō intelligit: qr lumē tuū nō ꝯphēdit: et lux in tenebris lucet et tenebre eā nō ꝯphēderūt. O lux mētis: o lucēs veritas: o vera claritas que illumīas oēm hoiem veniētē i hūc mūdū. Ueniētē quidē sz nō diligētē. qr qui diligit mundū inimicꝰ dei cōstituitur. Expelle tenebras de sup faciē abyssi mentis mee vt videat te intelligēdo: vt cognoscat te ꝯphēdendo: vt diligat te cognoscēdo. Quisquis enī cognoscit te diligit te: sed obliuiscitur. amat te plus quam se. relinquit se et venit ad te: vt gaudeat de te. Hinc est ergo dñe qr nō tm diligo quantum debeo. qr nō plene cognosco te. Sed qr parum cognosco parum diligo. Et qr parum.

diligo paꝝ ī te gaudeo.ſꝫ a te ꝟo gaudió
īteriori ꝑ exteriora recedēs:dū te ſolo ca
reo adulterinas amicicias ī bis extiori/
bꝰ q̄ro. Et ſic miſer ego cor meū qđ tibi
ſoli debui toto amore totoqꝫ affectu im/
pēdere:vanis dedi.⁊ iō vanꝰ effectꝰ ſum
dū vanitatē dilexi. Hinc etiā eſt dñe ꝙ ī
te nō gaudeo nec tibi nō adhereo: qꝛ ego
in exterioribꝫ:tu ī īterioribꝫ:ego in tꝑali/
bus:tu ī ſpūalibꝫ.ego in trāſitorijs anio
diffundor:cogitatōe ꝟſor: locutōe impli
cor.⁊ tu dñe ī etnis habitas ⁊ etnitas eſ:
tu in celo:ego ī terra.tu diligſ alta:ego ī/
fima.tu celeſtia:ego terreſtria. Et qñ po
terūt hec ɔtraria ɔuenire?

De miſeria ⁊ fragilitate hoīs Ca. II

m Iſer ego qñ
poterit obliq̄tas mea tue re/
ctitudini adeq̄ri? Tu dñe di/
ligis ſolitudinē:ego multitudinē. tu ſilē
tiū:ego clamorē.tu veritatē:ego vanita/
tē.tu mundiciā:ego īmundiciaꝫ ſequor.
Quid plura dñe? Tu ꝟo bonꝰ:ego ma/
lꝰ.tu piꝰ ego impiꝰ.tu ſanctꝰ ego miſer.
tu iuſtꝰ ego iniuſtꝰ.tu lux ego cecꝰ.tu vi
ta ego mortuꝰ.tu medicina ego eger.tu
gaudiū ego triſticia.tu ſūma ꝟitas ego
vniuerſa vanitas:vt oīs homo viuens.
Heu q̇d igiť o creator dicā? audi o crea/
tor. Creatura tua ſum:iā perij:creatura
tua ſum iā morior. Factura tua ſū:iā ad
nihilū redigor. Plaſma tuū ſum. Manꝰ
tue dñe fecerūt me et plaſmauerunt me.
manꝰ inquā ille q̄ affixe clauis ſūt ꝓ me.
Opus manuuꝫ tuaꝝ dñe ne deſpicias.
Vulnera manuuꝫ tuaꝝ p̄cor vt aſpiciaſ.
Ecce ī manibꝫ tuiſ dñe deꝰ deſcꝑſiſti me:
lege ipam ſcripturā ⁊ ſalua me. En ad te
ſuſpiro creatť tua. Creator eſ ꝟerea me.
En ad te clamo factura tua:vita es viui
fica me. En ad te reſpicio tuuꝫ plaſma:
plaſmator eſ r̄ſtaura me. Parce mihi do
mine nihil eni ſūt dies mei. Quid ē ho/
mo vt poſſit alloq̇ deū factorē ſuū. Par/
ce mihi colloq̄nti tibi Ignoſce ſeruo tuo
q̇ p̄ſumit loq̇ tanto dño. Legē nō hꝫ ne/
ceſſitas. Dolor me compellit dicere:cala
mitas quam patior cogit me exclamare

Egrotꝰ ſum ad medicū clamo.cecꝰ ſum
ad lucē ꝓpero. Mortuꝰ ſum ad vitā ſu/
ſpiro. Tu es medicꝰ:tu lux:tu vita ieſu
nazarene. Miſerere mei fili dauid. miſe
rere mei fons miſcdie. Audi q̇ ad te cla/
mat infirmū. Lux q̄ trāſiſ expecta cecū.
p̄be ei manū vt ad te vēiat ⁊ in lumīe tuo
videat lumē. Vita viuēs reuoca mortu
um. Quid ſum ego q̇ loq̄r tecū? Ve mi/
hi dñe.parce mihi dñe:ego cadauer pu/
tridū.eſca ꝟmiū:vas fetidū:cibꝫ ignium
Quid ſū ego q̇ loquor tecū? Ve mihi do
mīe:parce mihi dñe. Infelix ego hō: hō
inq̄ꝫ natꝰ de mľiere breui viuēs tꝑe reple
tus mľtis miſerijs.hō inqꝫ vanitati ſiľiſ
factus:ɔꝑatus iumētis inſipiētibꝫ.⁊ iam
ſiľis factus illis. Quid iteꝝ ego? abyſſus
tenebroſa.terra miſera.filiꝰ ire.vas aptū
ī ɔtūeliā.genitꝰ ꝑ inmūdiciā:viuēs ī mi
ſeria.morituꝰ ī anguſtia. Heu miſer q̇d
ſum? heu q̇d futurꝰ ſū? vaſ ſterq̇linij:con
cha putredīs:plenꝰ fetore ⁊ horrore. ce/
cus.pauꝑ.nudꝰ.pľimis neceſſitatibꝫ ſb
ditus.⁊ ignorās introitū ⁊ exitū meū:mi
ſer ⁊ mortaľ:cuiꝰ dies ſicut vmbra p̄tere
unt.cuiꝰ vita ſic̄ vmbra lunatica euane/
ſcit.ſic̄ flos in arbore creſcit ⁊ ſtatiꝫ mar/
ceſcit:nūc floret ⁊ ſtatim aret. Vita inq̄ꝫ
mea vita fragiľ:vita caduca.vita q̄ quan
to magis creſcit tāto magis decreſcit.q̄n
to magis ꝓcedit tāto magis ad mortem
accedit. Vita fallax ⁊ vmbratica:plēa la
queis mortis. Nūc gaudeo:ſtatī triſtor.
nūc vigeo:iā infirmor.nūc viuo:ſtati mo
rior. Nunc felix appareo ſꝑ miſer.nūc ri/
deo iā fleo.ſicqꝫ oīa mutabilitati ſbiacēt:
vt nihil vna hora in vno ſtatu ꝑmaneat.
Hinc timor:hīc tremor.hinc fameſ. hīc
ſitis.hinc calor.hinc frigꝰ.hinc lāguor:
inde dolor exuberat. Subſequiť his im
portuna mors q̄ mille modis q̄tidie mi/
ſeros homīes inopinate rapit. Hunc ue
cat febribꝫ:illū opprimit doloribꝫ.hūc cō
ſumit fames:illū ſitis extinguit:hūc ſuf/
focat aq̇s:illū interimit laq̄o. Illū ꝑimit
flāmis:aliū dētibꝫ beſtiaꝝ ferociū vorat.
Hūc trucidat ferro:illū veneno corrum
pit.alteꝝ tantū repētino terrore miſeraꝫ
vitā finire ɔpellit. Et ſuꝑ hᶜ oīa magna

miſeria:cū nihil ſit certiꝰ morte:ignorat hō finē ſuū. Et cū ſtare putat colliditur ⁊ perit ſpes eiꝰ. Neſcit enī hō qñ vel vbi vł quō moriat̃. ⁊ tñ certū eſt ꝙ euȝ mori oporteat. Ecce dñe ꝗ̃ magna miſeria hoīſ in q̄ ſum:nec timeo. ꝗ̃ grandis calamitas quā patioꝛ:nec doleo:⁊ ad te non clamo. Clamabo o dñe anteꝗ̃ tranſeā: ſi foꝛte nō trāſeam ſȝ in te maneā. Dicā ḡ dicā miſeriā meā: ꝯfitear nec erubeſcā ante te vilitatē meā. Adiuua me fortitudo mea ꝑ quā ſubleuoꝛ. Succurre virtꝰ ꝑ quaȝ ſuſtentoꝛ. Ueni lux ꝑ quā video:appare glīa ꝑ quā gaudeo. Appare vita in qua viuā o dñe deꝰ meus.

### De mirabili lumine dei Ca. III

o

# Lux quā vide

bat thobias qñ oculꝭ clauſis docebat filiū ſuū viā vite. Lux quā videbat yſaac interiꝰ qñ caligantibꝫ oculis exteriꝰ filioꝝ futura narrabat. Lux in ꝗ̃ inuiſibilꝭ:cui omnis abyſſus humani cordis eſt viſibilꝭ. Lux quā iacob videbat:qñ ſicut tu intꝰ docebas:filijs exterius ventura ꝑdicebat. Ecce tenebre ſunt ſuꝑ faciē abyſſi mētis mee:tu es lumen. Ecce caligo tenebroſa ſuꝑ aquas cordiſ mei:tu es ꝟitas. O verbū ꝑ qđ facta ſūt oīa:⁊ ſine quo factū eſt nihil. Uerbuȝ qđ es ante oīa:ante qđ nihil. verbū creans oīa:ſine quo oīa nihil. verbū regens oīa:ſine q̄ nō ſunt oīa. verbū qđ dixiſti in principio:fiat lux ⁊ facta ē lux. Dic etiā mihi:fiat lux ⁊ facta ſit lux ⁊ videaȝ lumē. ⁊ cognoſcā q̄cq̄d non eſt lumen. qꝛ ſine te mihi tenebre lumē:⁊ lumē tenebre ponunt̃. Et ſic ſine tua luce nō eſt ꝟitaſ: adeſt erroꝛ. adeſt vanitas. nō eſt diſcretō. adeſt ꝯfuſio. adeſt ignorātia. nō eſt ſcientia:adeſt cecitaſ. nō eſt viſio. adeſt inuiū. nō eſt via. adeſt moꝛs. nō eſt vita.

### De moꝛtalitate humane nature Capitulū IIII

e

# Ecce domine qꝛ

lux nō eſt:moꝛs eſt. imo nō eſt moꝛs. qꝛ nihil ē moꝛs. Naȝ ꝑ ipſam ad nihilū tēdimꝰ dū nos nihil facere ꝑ pctm̄ nō formidamꝰ. Et iuſte q̄deȝ hoc dñe:nā digna factꝭ recipimꝰ:duȝ ad nihilū deuenimꝰ tanq̄ȝ aq̄ decurrēs. qꝛ ſine te factū eſt nihil:⁊ nos faciēdo nihil facti ſumꝰ nihil. qꝛ ſine te ſumꝰ nihil per quē facta ſunt oīa:ſine quo factū ē nihil. O dñe verbū. o deus ꝟbū:ꝑ qđ facta ſūt oīa:ſine q̄ factū eſt nihil. Ue mihi miſero totiēs obcecato. qꝛ tu lux: ⁊ ego ſine te. Ue mihi miſero totiēs vulnerato:qꝛ tu ſalꝰ ⁊ ego ſine te. Ue mihi miſo totiēſ īfatuato. qꝛ tu eſ ꝟitaſ ⁊ ego ſiñ te. Ue mihi miſo totiēs oberrato. qꝛ tu via ⁊ ego ſine te. Ue mihi miſo totiēs adnihilato. qꝛ tu verbū ꝑ quod facta ſunt oīa:et ego ſine te:ſine quo factū eſt nihil. O dñe ꝟbum. o deus ꝟbū:qui es lux ꝑ quē facta eſt lux. qui es via veritas ⁊ vita. in q̄ nō ſūt tenebre erroꝛ vanitas neq̄ȝ moꝛs. Lux ſine qua tenebre. via ſine qua erroꝛ. veritas ſine qua vanitas. vita ſine qua moꝛſ. Dic verbū domine:fiat lux. vt videā lucem ⁊ vitē tenebras. videam viā ⁊ vitem inuiū. videam veritatē ⁊ vitē vanitateȝ. videā vitā:⁊ vitem moꝛtē. Illuminare domine lux mea:illuminatio mea ⁊ ſalus mea quē timebo. dñs meus quē laudabo. deus meꝰ quē honoꝛabo. pater meuſ quē amabo. ſpōſus meꝰ cui me ſeruabo Illuminare inq̄ȝ illuminare lux huic ceco tuo:q̄ in tenebris ⁊ ī vmbra moꝛtꝭ ſedet. ⁊ dirige pedes eiꝰ in viā pacis ꝑ q̄m īgrediar ī locū tabnaculi admirabilꝭ vſq̄ȝ ad domū dī ī voce exultatōis et ꝯfeſſiōiſ Uera enim confeſſio eſt via per quā ingrediar ad te viā:ꝑ quā egrediar ab inio ⁊ ꝛuertar ad te viā. qꝛ tu es ꝟa via vite.

### Quid ſit nihil fieri Cap. V.

c

# Onfitear ergo

confitear tibi pater domine celi et terre miſeriā meā:vt me veniꝛe liceat ad miſericoꝛdiā tuā. Miſer q̄ppe factus ſum ⁊ ad nihilū redactus ſuȝ: ⁊ neſciui:qꝛ tu es veritas ⁊ ego nō erā tecū. Uulnerauerūt me iniq̄tates mee ⁊ ñ dolui. qꝛ tu es vita ⁊ ego nō eram tecuȝ. Ad nihilū duxerūt me:qꝛ tu es verbū et ego nō eram tecū ꝑ quē facta ſunt oīa.

ſinequo factū ē nihil: ⁊ ideo ſine te factuſ
ſum nihil. Quia eſt nihil qd̄ ad nihilum
ducit. Omnia per verbū facta ſunt que/
cunq̄ facta ſunt Et q̄lia facta ſunt? Vi/
dit deꝰ cūcta q̄ fecerat ⁊ erāt valde bona
Oīa q̄cūq̄ facta ſunt ꝑ verbū facta ſunt.
et quecūq̄ ꝑ verbū facta ſūt valde bōa
ſunt. Quare bona ſunt? qꝛ oīa ꝑ ꝟbuʒ
facta ſunt. Et ſine ipo factū eſt nihil. qꝛ
nihil bonū ſine ſūmo bono eſt. Sed ma
lū eſt vbi nō eſt bonū: qd̄ vtiq̄ nihil eſt.
qꝛ nihil aliud eſt malū q̄ꝫ priuatio boni.
ſicut nihil aliđ eſt cecitas q̄ꝫ p̄uatio lumi
nis. Malū itaq̄ nihil eſt: qꝛ ſine ꝟbo fa
ctū eſt: ſine q̄ factū eſt nihil. Illud autem
malū ē qd̄ p̄uatꝛ illo bono: ꝑ qd̄ oīa facta
ſunt q̄cunq̄ ſunt. At que nō ſunt ꝑ ipm
facta nō ſunt. ⁊ ideo nihil ſunt. Et iō ma
la ſunt q̄ facta nō ſūt. qꝛ oīa q̄cūq̄ facta
ſunt ꝑ ꝟbū facta ſūt. ⁊ oīa ꝑ ꝟbū bōa fa/
cta ſūt. Cū igitꝛ oīa ꝑ ꝟbū facta ſunt: ma
la ꝑ ipm nō ſunt. Reſtat igitꝛ ꝙ oīa q̄ fa/
cta nō ſunt bona nō ſūt. qꝛ oīa q̄cūq̄ fa/
cta ſūt bona ſunt. ⁊ iō mala ſūt q̄ facta n̄
ſunt: ⁊ iō nihil ſūt. qꝛ ſine ꝟbo factum eſt
nihil. Malū igitꝛ nihil ē. qꝛ factū nō eſt.
Sʒ q̄liter malū eſt ſi factū nō eſt. Qꝛ ma
lū p̄uatio boni eſt ꝑ qd̄ factū bonum eſt
Eſſe ḡ ſine ꝟbo malū eſt: qd̄ eſſe non eſt.
qꝛ ſine ipo nihil ē. Sʒ q̄d ē ſeꝑari a ꝟbo?
Si h̄ q̄ris ſcire: audi q̄d eſt ꝟbū. Verbū
dei dicit. Ego ſū via veritas ⁊ vita. Se
ꝑari ergo a ꝟbo eſt eſſe ſine via: ſine ꝟita
te. ſine vita. ⁊ iō ſine ipo nihil. ⁊ iō malū.
qꝛ ſeꝑatꝛ a ꝟbo ꝑ qd̄ facta ſunt oīa valde
bona. Seꝑari aūt a verbo ꝑ qd̄ oīa facta
ſunt nihil aliđ eſt q̄ꝫ deficere ⁊ a facto trā
ſire in defectū. qꝛ ſine ipo eſt nihil. Quo
tiēs ergo a bono deuias: a ꝟbo te ſeꝑas:
qꝛ ipm eſt bonū. ⁊ iō nihil efficerꝭ. qꝛ ſine
ꝟbo es ſine q̄ factū eſt nihil. Nūc igitꝛ do
mine illumiaſti me lux vt viderē te: vidi
⁊ cognoui me. qꝛ totiēs nihil factꝰ ſum
q̄tiens a te ſeꝑatꝰ ſum. qꝛ bonū qd̄ tu es
oblitus ſū: ⁊ iō malus effectus ſum. Ve
mihi miſero: vt q̄d hoc nō cognoſcebam
qꝛ te deſerēs nihil fiebā? Sʒ q̄d h̄ q̄ro?
ſi nihil erā quo modo ꝯgnoſcere nolebā?
Scimus qꝛ nihil nihil eſt. ⁊ qd̄ nihil eſt
non eſt. ⁊ qd̄ nō eſt bonū nō eſt: qꝛ nihil ē
Si ergo nihil fui cū ſine te fui: q̄ſi nihil
fui. ⁊ velut idolū qd̄ nihil eſt. qd̄ q̄dē au/
res habʒ et nō audit: nares habʒ et non
odorat. oculos habʒ ⁊ nō videt. os habʒ
⁊ nō loquitꝛ. manus habʒ ⁊ nō palpat. pe
des habʒ et nō ambulat. ⁊ omnia liniam̄
ta habet membroꝝ ſine ſenſu coꝝ.

De caſu anime in peccatꝭ Ca. VI.

c Um igitur fui
ſine te nihil fui: ⁊ iō cecꝰ erā: ſur/
dus ⁊ inſenſibilꝭ. qꝛ nec bonū di
ſcernebā nec malū fugiebā. nec dolorem
vulneꝝ ſentiebā: nec tenebras meas vi/
debam. qꝛ erā ſine te vera luce: q̄ illumiaſ
omnē hoīem venientē in hūc mundum.
Ve mihi vulnerauerūt me et non dolui.
traxerūt me et nō ſenſi. qꝛ nihil erā qꝛ ſi/
ne vita eram: q̄ eſt verbū ꝑ qd̄ facta ſunt
oīa. Iō dn̄e lux mea inimici mei qd̄ me
fecerūt q̄cūq̄ voluerūt: ꝑcuſſerūt: nuda/
uerūt: polluerūt: corruperūt: vulneraue
rūt ⁊ occiderūt me. qꝛ receſſi a te ⁊ factuſ
ſum nihil ſine te. Heu dn̄e vita mea q̄ fe
ciſti me. lux mea q̄ dixiſti me: Defenſor
vite mee miſerere mei ⁊ reſuſcita me. dn̄e
deꝰ meꝰ meꝰ ſpes mea. ꝟtus mea. forti/
tudo mea: ꝯſolatio mea. ī die tribulatōiſ
mee: reſpice inimicos meos ⁊ eripe me.
fugiant a facie mea q̄ oderūt me: ⁊ ego vi
uam in te ꝑ te. Ipi eni dn̄e ꝯſiderauerūt
me: ⁊ videntes me ſine te deſperauerūt me.
Diuiſerūt ſibi veſtimēta ꝟtutū q̄bꝫ orna
ueras me. fecerūt ſibi viā ꝑ me: ſub pedi/
bus ſuis ꝯculcauerūt me fecibꝫ peccato
rū polluerunt templū ſanctū tuū. poſue
rūt me deſolatū ⁊ merore ꝯfectū. Ibam
poſt eos cecꝰ ⁊ nudus ⁊ illaq̄atus funibꝫ
peccatorū. trahebāt me poſt ſe in circui/
tu de vicio in viciū ⁊ de luto in lutum: et
ibam abſq̄ fortitudine an̄ faciē ſubſeq̄n
tis. Seruus erā et ſeruitutē amabam.
Cecus erā ⁊ cecitatē deſiderabā Vinctꝰ
eram ⁊ vincula nō horrebā. Amaꝝ dul/
ce et dulce amaꝝ credebā. Miſer erā nec
cognoſcebā: et hoc quia ſine verbo eram:
ſine quo factū eſt nihil: ꝑ quod oīa cō/
ſeruantꝛ. ſine quo omnia adnihilantꝛ. Si

cut enim omnia ꝑ ipſum facta ſunt ⁊ ſine
ipõ factũ eſt nihil. ſic ꝑ ipm oĩa ꝯſeruant̃
quecunq̃ ſunt ſiue in celo ſiue in terra: ſi
ue in mari ⁊ in omnib⁹ abyſſis. Nec pars
parti in lapide adheret nec in aliq̃ creato
rũ niſi qꝛ ꝑ verbũ ꝯſuant̃ ꝑ qđ oĩa facta
ſunt. Adhereã ergo tibi ꝟbũ vt ꝯſerues
me. qꝛ vbi a te receſſi perij ĩ me niſi qꝛ tu
q̃ me feceras refeciſti me. Ego peccaui:
tu me viſitaſti. Ego cecidi tu me erexi
ſti. Ego ignoraui: tu me docuiſti. Ego ñ
vidi: tu me illumĩaſti

De multiplicib⁹ bñficijs dei.
Capitulũ VII.

m Iſer ego de
us meuſ q̃ntũ teneor diligere
te oñde mihi. q̃ntũ debeo lau
dare te demõſtra mihi. q̃ntũ debeo place
re tibi innoteſce mihi. Intona dñe deſu
ꝑ voce grandi ⁊ forti in interiorẽ aurem
cordis mei. doce me ⁊ ſalua me: ⁊ collau
dabo te: q̃ creaſti me cũ nihil eſſem: q̃ illu
minaſti me cũ in tenebris eſſem. q̃ reſuſci
taſti me cũ mortu⁹ eſſem. qui paniſti me
a iuuẽtute mea oĩb⁹ bonis tuis. Nũc in
utilẽ vermẽ fetentẽ peccatis nutris om̃i
bus optimis donis tuis. Aperi mihi o
clauis dauid: q̃ aperis ⁊ nemo claudit il
li cui tu aperis. claudis ⁊ nemo aperit il
li cui tu claudis. aperi mihi oſtiũ luminiſ
tui vt ingrediar ⁊ videã ⁊ ꝯgnoſcã ⁊ ꝯfi
tear tibi in toto corde meo. qꝛ miſericor
dia tua magna eſt ſuꝑ me. ⁊ eruiſti aĩam
meã ex inferno inferiori. Dñe deus nr̃ q̃
admirabile ⁊ laudabile eſt nomẽ tuũ i v
niuerſa terra. Et q̃d eſt hõ q᷑ memor es
eius: aut fili⁹ hoĩs qm̃ viſitas eũ. Domi
ne ſpes ſanctoꝝ: ⁊ turris fortitudis coꝝ:
deus vita aĩe mee ꝑ quã viuo: ſine q̃ mo
rior: lumen oculoꝝ meoꝝ ꝑ qđ video. ſi
ne quo orbor: gaudiũ cordis mei ⁊ leti
cia ſpũs mei. diligã te toto corde meo et
toto animo meo: ⁊ totis medull' ⁊ viſce
rib⁹ meis. qꝛ tu prior dilexiſti me. Et vñ
h̃ mihi o creator celi ⁊ terre ⁊ abyſſi q̃ bo
noꝝ meoꝝ nõ indiges. Vñ h̃ mihi qꝛ di
lexiſti me. O ſapiẽtia q̃ aperiſ os mutoꝝ.
o verbũ ꝑ qđ facta ſunt omnia: aperi os

meũ: da mihi vocẽ laudis vt enarrẽ oĩa
bñficia tua q̃ mihi dñe a ꝓncipio ꝯtuli
ſti. Ecce cui ſum qꝛ tu creaſti me: ⁊ quod
me creares ⁊ in nũero creaturaꝝ tuaruꝫ
nũerares: ab eterno tu ꝓordinaſti anteq̃
q̃ faceres a principio. anteq̃ extẽde
res celos: nec dũ erãt abyſſi: adhuc terrã
nõ feceras: nec montes fundaueras. nec
dũ fontes erupant. Anteq̃ hec oĩa q̃ feci
ſti ꝑ verbũ faceres: me creaturã tuã fore
certiſſima veritatꝭ tue ꝓuidentia ꝓuidiſti
⁊ eſſe me creaturã tuã voluiſti. Et h̃ vn
de mihi dñe benigniſſime deuſ altiſſime
pr̃ miſericordiſſime. creator potẽtiſſime
⁊ ſemꝑ mitiſſime: q̃ mea merita: q̃ mea g̃
tia: vt ꝯplaceret aũ ꝯſpectũ tue magnifi
ce maieſtatis create me. non erã ⁊ creaſti
me. Nihil fuerã: ⁊ de nihilo me aliq̃d fe
ciſti. Quale autẽ aliq̃d: nõ ſtillã aq̃: non
ignẽ: nõ auẽ vl' piſcẽ. nõ ſerpentẽ vl' ali
q̃d ex brutis aĩalib⁹. nõ lapidẽ vl' lignũ.
nõ ex coꝝ genere que tm̃ habent eſſe: vl'
ex coꝝ que tm̃ eſſe poſſũt et creſcere. Nõ
ex coꝝ genere q̃ tm̃ eẽ ⁊ creſcere ⁊ ſentire
poſſunt. Sꝫ ſuꝑ oĩa hec voluiſti me eẽ
ex his que tm̃ habent eſſe qꝛ ſum. et ex
his que tm̃ habẽt eſſe ⁊ creſcere qꝛ ſũ et
creſco. et ex his que ſũt creſcũt ⁊ ſentiũt.
qꝛ ſum creſco ⁊ ſentio. Et paulomin⁹ pa
rẽ me creaſti angel'. quia rõem tecũ ꝯgnoſcẽ
di cũ ipſis a te ꝯmunẽ accepi. Sꝫ paulo
minus vtiq̃ dixi. Nã illi tuã felicẽ noti
ciã iã habẽt ꝑ ſpẽm: ego aũt ꝑ ſpem. Illi
facie ad faciẽ: ego ꝑ ſpeculũ in enigmate
Illi plene: ego autẽ ex ꝑte

De dignitate hominis futura.
Capitulũ VIII

ſ Ed cũ venerit
qđ ꝑfectũ ẽ euacuabit̃ qđ ex ꝑte
eſt: qñ iã reuelata facie tuã faciẽ
videbim⁹. Quid iã ꝓhibebit nõ nos eẽ
minores paulomin⁹ ab angel': q̃s tu dñe
corona ſpei q̃ ornata eſt gl'ia ⁊ honore co
ronaueris: q̃s tu nimis q̃ſi amicos tuoſ
honorificaueriſ. imo ꝑ oĩa pares ⁊ eq̃les
angel'. Nẽpe ⁊ hoc ꝟitas tua dicit: eq̃les
ſũt angel': ⁊ filij dei ſũt. Quid niſi filij dei
ſũt ſi pares fiunt angel'. Vere q̃dẽ erunt

filij dei. q2 fili⁹ hoīs fact⁹ eſt fili⁹ dī Hoc vtiq3 ꝯſiderāti mihi fiducia eſt dicere. ñ hō minor paulomin⁹ eſt ab angel: nō vti q3 tm̄ eq̄lis angel: ſed ſupior angel. q2 hō de⁹ ꝛ de⁹ hō nō angel⁹. Et dicā ꝓpt hoc hoīem eſſe creaturā dignissimā. q2 vbū3 qđ erat in pncipio de⁹ apđ deū. verbū3 p qđ deus dixit. fiat lux ꝛ facta eſt lux. angelica. ſ. natura. vbū p qđ deus creauit omnia in pncipio: idē verbū caro factū ē: ꝛ habitauit in nobis. ꝛ vidim⁹ glřam ei⁹ Ecce glřa p quā glorior qñ ſane glorior Ecce gaudiū p qđ gaudeo qñ ſane gaudeo. Dñe de⁹ me⁹ vita ꝛ tota glřa anime mee. Cōfiteor ḡ tibi dñe deus me⁹: cum me creaſti rōis capacē: angel quodāmodo parē creaſti. q2 pfici poſſum p vbū tuum vt veniā ad equalitatē āgeloꝝ: vt habeam adoptōe3 filioꝝ p vnigenitū vbū tuū dñe. p filiū tuū dilectū: in q̄ tibi bene ꝯplacuit: p vnicū coheredē ꝛ ꝯſubſtātialem tibi et coeternū ieſum chriſtū vnicū dñm ꝛ redemptorē noſtꝝ: illuminatorē ꝛ ꝯſolatorē noſtꝝ: aduocatū noſtꝝ apđ te: ꝛ lumen oculoꝝ noſtroꝝ: q̄ eſt vita nr̄a et ſaluator noſter: ꝛ ſpes vnica noſtra: q̄ nos dilexit magis q̄ ſe. p quē habem⁹ fiduciā repoſitā ꝛ firmā apud te ſpe3: ꝛ acceſſum veniēdi ad te: quoniā dedit ptātem filios dei fieri his q̄ credūt in noīe eius. Laudē tribuā noī tuo dñe q̄ me ad imaginē ꝛ ſilřitudinē tuā creādo tāte glřie feciſti me fore ſuſceptibilē: vt poſſim fili⁹ dei fieri. Hoc vtiq3 nō poſſunt arbores: non poſſunt lapides. nō generalr̄ omnia que mouenꝛ vl̄ creſcūt in aere vl̄ in mari vl̄ i terra. q2 nō dedit eis ptātē filios dei fieri: q2 rōem nō habēt. Nam ꝛ hec ptās i rōne ꝯſiſtit p quā cognoſcim⁹ deū. Dedit aūt hanc ptātem hoībꝫ quos creauit rōnabiles ad imaginē ꝛ ſimilitudinē ſuam. Et ego vtiq3 dñe p tuā grām hō ſu3 ꝛ fili⁹ tu⁹ eſſe poſſum p grām. qđ illa non pñt. Unde hoc mihi dñe vitas ſūma: veraq3 ſūmitas: et pncipiū oīm creaturaꝝ? Uñ hoc mihi dñe vt poſſum fieri filius dei: qđ illa nō poſſunt? Tu es q̄ manes ineternū qui oīa creaſti ſimul. Simul creaſti hoies ꝛ iumenta: lapides ꝛ virentia terre. Nō enī pceſſerūt merita: nlřa eoꝝ antecesſit gratia. q2 oīa tua tm̄ bonitate creaſti: ꝛ pares oēs creature fuere in meritis. q2 omniū nulla fuere merita. Et vnde ergo magř tua bonitaſ ī hac tua creatura quā feciſti rōnalē: q̄ in oībꝫ alijs que ſunt ſine rōne apparuit? Quare nō ego ſicut oēs ille. aut cur nō oēs ille ſicut ego: aut ego ſolus ſic ille? Que mea merita. que mea gratia vt me filium dei poſſe fieri ſuſceptibilē creareſ: qđ illiſ omnibꝫ denegareſ? Abſit dñe vt hoc ſentiam. Tua tm̄ gratia: tua tm̄ bonitas h̄ fecit vt eſſe3 pticeps dulcedinis ei⁹. Illa igiꝛ gr̄a qua me de nihilo creaſti: illa3 q̄ſo dñe da mihi grām. vt tibi de h̄ referam gratiam

### De omnipotētia dei Cap. IX.

Omnipotēſ manus tua ſꝫ vna ꝛ eadē: creauit ī celo angelos: ꝛ ī terra vmicl̄os. nō ſupior in illis: nō inferior ī iſtis. Sic enī nulla alia man⁹ angelū: ita nulla poſſet creare vmiculū: ſicut nlřa celū: ita nulla poſſet creare minimū arboris folium. ſicut nulla corpus: ita nulla vllū capillū albū poſſ3 facere aut nigꝝ. Sed oīpotēſ man⁹ tua cui oīa pari mō ſūt poſſibilia Nec enī poſſibili⁹ ē ei creare vmiculū q̄ angelū. nec ipoſſibili⁹ extendere celu3 q̄ foliū: nec leui⁹ formare capillū q̄ corp⁹. nec difficili⁹ fundare terrā ſup aquaſ q̄ aquas ſup terrā. ſed oīa q̄cūq3 voluit fecit ſicut voluit in celo ꝛ in terra: ī mari ꝛ ī oībus abyſſis. ꝛ me inter oīa ſicut voluit potuit et ſciuit. Potuit q̄dem man⁹ tua domine me lapidē vl̄ auem: vel ſerpentē vl̄ beluā aliquā creare: ꝛ ſciuit: ſ3 noluit, ppter ſuā bonitatē. Quare ergo ego nō ſū lapis vl̄ arbor vl̄ aliq̄ belua? q2 ſic ordīauit bonitas tua. Et vt hoc ordīaret non pceſſerunt merita mea.

### De incomphēſibili laude dei. Capitulū X.

Unde hoc mihi dñe: vnde mihi laudes ad laudādandu3 te? Sicut feciſti me ſine

me: ſicut ꝯplacuit añ te. ita laus tibi ē ſi-
ne me ſicut cõplacet añ te. Añ te domine
laus tua tuipẽ es. Laudent te opera tua
ſcḋm multitudinē magnitudinis tue: laus
tua dñe incomꝓhenſibilꝭ eſt. Corde non
comꝓhenditꝛ. ore non menſuratꝛ: aure nõ
ꝑcipitur. qꝛ iſta tranſeũt: ⁊ laus tua dñe
manet ineternũ. Cogitatio incipit: ⁊ co-
gitatio finitur. vox ſonat et vox tranſit.
auris audit ⁊ auditus deſinit. laus vero
tua ineternũ ſtat. Quis ergo eſt ꝗ te lau-
det? Quis homo annũciet laudē tuam?
Laus tua ꝑpetua eſt: trãſitoria non eſt.
Hic te laudat ꝗ teipm̃ laudem tuã credit
Hic te laudat ꝗ ſeipm̃ noſcit in tua lau-
de nõ poſſe ꝑtingere: laus ꝑpetua ꝗ nun-
ꝗꝫ trãſit. In te eſt laus noſtra: in te lauda
bitꝛ anima mea. Nõ nos laudamꝰ te: ſꝫ tu
te. ⁊ ꝑ te: ⁊ in te: ⁊ nobis etiã ē laus in te.
Tunc verã habemꝰ laudē: qñ a te habe-
mꝰ laudē. qñ lux approbat lucē. quia tu
vera laus tribuis verã laudē. Quotiens
ab alio ꝗꝫ a te querimus laudē: totiēs tu-
am amittimus laudē: qꝛ illa trãſitoria ē:
ſed tua eterna. Si tranſitoriã querimus
eternã amittimꝰ laudē. Si eternã volu-
mus: trãſitoriã nõ amemus. Laus eter-
na dñe deus meus: a quo omĩs lauſ: ſine
ꝗ nulla eſt laus. nõ valeo laudare te ſine
te. habeã te et laudabo te. Quid enĩ ego
ſum domine ꝑ me vt laudē te: puluiſ ⁊ ci-
nis ego ſum: canis mortuus ⁊ fetēs ego
ſum: vermis ⁊ putredo ego ſum. Quiſ e-
go ſum vt laudem te dñe deus fortiſſime
ſpũs vniuerſe carnis: qui inhabitas eter-
nitatem? Nunꝗd tenebre laudabũt lucem:
aut morſ vitã? Tu lux: ego tenebre. tu vi-
ta ego mors: Nunꝗd vanitas veritatem
laudabit? Tu es veritas: ego hõ ſimilis
factꝰ vanitati. Quid ergo dñe laudabo
te. Nunquid miſeria mea laudabit te: nũ-
quid fetor laudabit odorē? nunꝗd mor-
talitas hominis ꝗ hodie eſt ⁊ cras tollitꝛ
laudabit te? Nunꝗd laudabit te hõ pu-
tredo et filius hoĩs ꝟmis? Nunꝗd lau-
dabit te domine ꝗ in peccatis cõceptus
eſt ⁊ natus ⁊ nutritus? Nõ eſt enĩ ſpecio-
ſa laus in ore peccatoris. Laudet te do-
mine deus meꝰ incomꝓhēſibiliſ potētia
tua. incircũſcriptibilꝭ ſapientia tua. ⁊ ineſ-
fabilis bonitas tua. laudet te ſupeminēſ
clementia tua. ſuꝑabundãs miſericordia
tua. ſempiterna quoqꝫ virtꝰ ⁊ diuinitaſ
tua. Laudet te oĩpotētiſſima fortitudo
tua. ſumma quoqꝫ benignitas tua ⁊ cha-
ritas tua. ꝓpter quã creaſti nos dñe deꝰ
vita anime mee.

### De ſpe erigenda ad deum. Capitulũ XI.

e Go autẽ crea-
tura tua ſub vmbra alaꝝ tuaꝝ
ſperabo in bonitate tua ꝗ crea-
ſti me. Adiuua creaturã tuã quã creauit
benignitas tua. Nõ ꝑeat in malicia mea
quod oꝑata eſt bonitas tua. Nõ peat in
miſeria mea qḋ fecit ſũma clemētia tua.
Que eſt enĩ vtilitas in creatiõe tua. ſi de-
ſcendam in corruptõem meã? Nũꝗd enĩ
vane deus ꝯſtituiſti oēs filios hominũ?
Creaſti me dñe: rege qḋ creaſti. Opa ma-
nuũ tuaꝝ ne deſpicias deus. Me feciſti
de nihilo: ſi me nõ regis dñe: iteꝝ reuer-
tar ad nihilũ. Sicut enĩ dñe nõ erã et de
nihilo feciſti me. ſic ſi me nõ regis adhuc
ad nihilũ redigar in me. Adiuua me dñe
vita mea ne pereã in malicia mea. Si nõ
creaſſes me dñe nõ eſſem. qꝛ creaſti me iã
ſum. Si nõ regis iã nõ ſũ. Nõ enim mea
merita. nõ mea grã te coegerũt vt creareſ
me. ſed benigniſſima bonitas tua et cle-
mentia tua. Illa charitas tua dñe deus
meus ꝗ te ad creationē coegit. ipa queſo
modo cogat te ad regendũ. Quid enĩ ꝓ-
deſt qḋ cõpulit charitas tua ad creandũ.
ſi pereã in miſeria mea ⁊ nõ me regat de-
xtera tua. Nec te cogat dñe deꝰ meꝰ cle-
mētia ad ſaluãdũ quod creatũ eſt. que te
ꝯpellit creare qḋ creatũ nõ eſt. Ipa te vin-
cat charitas ad ſaluãdum que te vicit ad
creandũ. qꝛ nec nũc minor eſt. qꝛ ipa cha-
ritas tu ipe es: qui ſꝑ idem es. Nõ eſt ab-
breuiata manus tua vt ſaluare neqat. ne-
qꝫ aggrauata eſt auris tua vt nõ audiat:
ſed peccata mea diuiſerũt inter me et te.
inter tenebras et lucē. inter imaginē mor-
tis et vitã: inter vanitatē ⁊ veritatē: inter
lunaticã hãc vitã meã ⁊ ſempitnã tuaꝫ.

De laqueis concupiſcentiarum
Capitulũ XII

**E ſunt vmbre**

b quibꝰ operior in hac abyſſo caliginoſa carceris huiꝰ: in q̃ proſtratus iaceo donec aſpiret dies et inclinentur vmbre. fiatq; lux in firmamēto virtutis tue. vox dñi in virtute: vox dñi in magnificētia: dicatq;: fiat lux ꝛ effugent tenebre ꝛ appareat arida: germinetq; terra herbã virentē ꝛ facientē ſemē ꝛ fructũ bonũ iuſticie regni tui. Dñe pater ꝛ deꝰ: vita per quã oĩa viuũt: ꝛ ſine qua omnia mortua reputantur: ne derelinq̃s me in cogitatu maligno. ꝛ extollētiã oculorum meorum ne dederis mihi. Auferà me cõcupiſcētias: ꝛ aio irreuerēti et infrunito ne tradas me: ſed poſſide cor meũ vt te cogitet ſemp. Illumina oculos meos vt te videãt: ꝛ non extollantur aſi te gloria ſempiterna: ſed humiliter ſentiãt. Nõ in mirabilibꝰ ſup ſe: ꝛ que a dextris ſunt videant: et nõ q̃ a ſiniſtris abs te. ꝛ palpebre tue p̃cedant greſſus meos. Nã ꝛ palpebre tue interrogãt filios hoim. Allide cõcupiſcētiã meã dulcedine tua quã abſcõdiſti timētibus te. vt cõcupiſcã te cõcupiſcentijs ſempit'nis. ne vanis illectus ꝛ deceptꝰ interior guſtus ponat amarum dulce: ꝛ dulce amarũ: tenebras lucē: ꝛ lucē tenebras. vt liberari in medio tot decipularum poſſim ab inimico ſup faciē vie huiꝰ poſitarum ad capiendas animas peccatorum: q̃bꝰ plenus eſt totus mũdus: qḋ is q̃ vidit ſub ſilentio nõ trãſiuit inq̃ens. Quicq̃d eſt in mũdo aut eſt cõcupiſcentia carnis: aut cõcupiſcētia oculorum: aut ſupbia vite. Ecce dñe deus meus: mundus totꝰ plenus eſt cõcupiſcētiarum laqueis: quos parauerũt pedibꝰ meis. Et quis effugiet hos laqueos? pfecto a quo tu abſtuleris extollentiã oculorũ ſuorũ. vt nõ eũ capiat cõcupiſcētia oculorũ: et a quo tu abſtuleris carnis cõcupiſcentiã: ne eũ capiat carnis cõcupiſcētia. et a quo tu abſtuleris animũ irreuerentē ꝛ infrunitũ: ne eũ callide decipiat ſupbia vite. O q̃ felix cui hec tu facies: q̃ppe trãſibit immunis. Nunc redemptor te precor p fer adiuua meſſe cõruã in cõſpectu aduerſariorũ meorũ: captus laqueis eorũ: quos parauerũt pedibꝰ meis vt ſcurtientur animã meã. Sed erue me virtꝰ ſalutis mee: ne ſibi riſuꝫ exhibeãt de me inimici tui qui oderũt te. Exurge dñe deus meus fortis meꝰ et diſſipent inimici tui. ꝛ fugiant q̃ oderunt te a facie tua. ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereant peccatores a facie tua. Et ego abſcõdar in abſcõdito faciei tue: et gaudeã cũ filijs tuis ſatiatus oibꝰ bõis tuis. Et tu dñe deus pr̃ orphanorum: et tu mater pupillorum meorum: audi eiulatũ filiorũ tuorũ: et extende alas tuas: vt fugiamus ſub eis a facie inimici. Turris fortitudinis iſrael: qui non dormitas neq; dormies cuſtodiēs iſrael. q2 non dormit neq; dormitat hoſtis qui impugnat iſrael.

De miſeria hominis et beneficijs dei
Capitulũ XIII.

**Lux quam nõ**

o videt alia lux: lumen qḋ nõ videt aliḋ lumen: lux q̃ obtenebrat oēm lucē: ꝛ lumē qḋ excecat omne extraneũ lumen. lux a q̃ omnis lux: lumē a q̃ omne lumē: lumē ad qḋ oĩe lumē ē tenebra. ad qḋ oĩs lux obſcuritas: lux cui oĩes tenebre lumē: cui oĩs obſcuritas lux. lux ſupma quam cecitas non obnubilat. quã caligo nõ hebetat. quam tenebre non obſcurãt. quam nulla obſtantia claudit. quam nunq̃ ſeparat aliqua vmbra: lux que illuminas oĩa tota ſimul ſemel ꝛ ſemp. abſorbe me in claritatis abyſſum: vt videam vndiq; te in te: ꝛ me ĩ te: ꝛ cũcta ſub te. Ne derelinquas me ne accreſcant vmbre ignorãtie mee: et multiplicentur delicta mea. Sine te eni oĩa ſunt mihi tenebre: oĩa mala: q2 nihil bonũ ſine te vno ſolo ꝛ ſũmo bono. Hoc cõfiteor: hoc ſcio dñe deꝰ meꝰ. q2 vbicũq; ſũ ſine te. male ē mihi p̃ter teꝫ ſolũ extra me: ſꝫ etiã ĩ me. q2 oĩs copia q̃ nõ eſt deꝰ meꝰ mihi ē egeſtas. Satiabor nũc cũ apparuerit glĩa tua. Et tu dñe vita mea bra: fac vt miſeriã meã cõfitear tibi. ex quo ab vnitate bonitatis tue ſummo et vno bono

tēpoꝛaliū rerū multifoꝛmitas lapſuꝫ me
ꝑ carnales ſenſus diſſipauit: ⁊ ab vno in
multa diuiſit. ⁊ facta eſt mihi abūdantia
laborioſa: ⁊ egeſtas copioſa: dū aliud ⁊ ali
ud ſeq̄bar: ⁊ a nullo implebar. dū non in
me inueniebā te incōmutabile ⁊ ſinglā-
te ⁊ indiuiſū vnū bonū: qd ꝯſecutus non
egeo. qd ꝯſecut⁹ nō doleo. qd poſſidēs ſa-
tiaṫ totū deſideriū meū. Heu miſeria ſu-
ꝑ miſeriā cū miſera aīa mea a te refugit.
cū q̄ ſp̄ abūdat ⁊ gaudet. ⁊ ſequiṫ mūdū
cū quo ſp̄ eget ⁊ dolet. Mūd⁹ clamat: de
ficio. tu dn̄e clamas: reficio. ⁊ miſeria mea
ꝓraua magis ſequiṫ deficientē q̄ꝫ reficiē-
tem plane infirmitas mea hec eſt. Medi-
ce ſpirituū ſana illā vt cōfitear tibi: ſalus
anime mee toto cozde meo ſuꝑ omnibus
bn̄ficijs tuis quib⁹ paſcis me a iuuētu-
te mea ⁊ vſq̄ꝫ in ſenectā ⁊ ſeniū. Te dep̄-
coꝛ ꝑ teip̄m ne derelinquas me. feciſti me
cū nō eſſem. redemiſti me cū periſſem. pe-
rierā: moꝛtu⁹ fuerā: ad moꝛtuū deſcēdiſti:
moꝛtalitatē ſuſcepiſti. ad ſeruū rex deſcē-
diſti. vt ſeruū redimeres teip̄m tradidi-
ſti. vt ego viuerem tu moꝛtem ſuſcepiſti.
moꝛtē viciſti. me reſtauraſti cū te humi-
liaſti: ꝑieram: abierā in peccatis: venūdat⁹
eram: veniſti ꝓ me vt redimeres me. ⁊ tā-
tū me dilexiſti vt ſanguinē tuū in p̄ciūm
dares ꝓ me. dilexiſti me dn̄e plus q̄ꝫ te. qꝛ
moꝛi voluiſti ꝓ me. Tali pacto: tā charo
p̄cio reduxiſti me de exilio. redemiſti me
de ſeruitio: retraxiſti me ð ſupplicio. vo-
caſti me nomīe tuo. ſignaſti me ſanguine
tuo: vt memoꝛiale tuū ſemꝑ eſſet apud
me. et nunq̄ꝫ recederet a cozde meo q̄ pro
me non receſſit a cruce. Vnxiſti me oleo
tuo quo tu vnctus fuiſti. vt a te chꝛiſto
dicerer chꝛiſtian⁹. En in manib⁹ tuis de-
ſcripſiſti me: vt ſemꝑ ſit memoꝛia mea a-
pud te. ſi tamē memoꝛia tua iugiter fue-
rit apud me. Sic igiṫ gr̄a tua ſemper et
miſericoꝛdia p̄uenerūt me. De mlt̄is nā-
q̄ꝫ ⁊ magnis ꝑiculis ſepe liberaſti me li-
berato me⁹. quādo erraui ad viā redu-
xiſti me. qn̄ ignoꝛaui docuiſti me. quādo
peccaui cozripuiſti me. qn̄ fui triſtis ꝯſo-
latus es me. qn̄ deſperaui ꝯfoꝛtaſti me.
qn̄ cecidi erexiſti me. qn̄ ſteti tenuiſti me.
qn̄ iui deduxiſti me. qn̄ veni ſuſcepiſti me.
qn̄ doꝛmiui cuſtodiſti me. qn̄ clamaui ex-
audiſti me.

Q, de⁹ ꝑpetua inſpectōe ꝯſiderat opa
⁊ intentōes hoīm. Ca. XIIII

# Hec enī ⁊ multa

alia bn̄ficia feciſti mihi dn̄e de⁹
me⁹ vita aīe mee: de q̄b⁹ dulce eſ-
ſet mihi ſp̄ loq̄ui. ſp̄ cogitare. ſp̄ tibi gr̄i-
as agere. vt poſſim te ſemꝑ ꝓ omnib⁹ bo-
nis tuis laudare ⁊ amare te toto cozde
meo: ⁊ tota anima mea et tota mēte mea.
⁊ tota foꝛtitudine mea. ſimul ex omnibus
medullis ⁊ intimis cozdis mei: ⁊ omniuꝫ
compagū mearū. beata dulcedo domine
deus meus omniuꝫ q̄ delectantur in te.
Sed imꝑfectū meū viderūt oculi tui. o-
culi inq̄ꝫ tui multo lucidioꝛes ſunt ſole:
circumſpiciētes omnes vias hominū et
ꝓfundū abyſſi: et in omni loco contem-
planṫ ſemꝑ bonos et malos. Cum enim
cunctis preſideas ſingula implens: to-
tus ſemper vbiq̄ꝫ preſens: cunctoꝛumq̄ꝫ
curam agens que creaſti: quia nihil odi-
ſti eoꝛum que feciſti. ſic greſſus meos ſe-
mitaſq̄ꝫ conſideras: ⁊ die noctuq̄ꝫ ſuper
cuſtodiā meā vigilas: omnes ſemitas me-
as diligēter notans: ſpeculatoꝛ perpetu-
us: veluti ſi tot⁹ creature tue celi ⁊ terre
oblitus: tantū me ſolū conſideres: ⁊ nihil
ſit tibi cure de alijs. Neq̄ꝫ enī creſcit lux
incōmutabilis viſionis tue ſi tantū vnū
aſpiciat: neq̄ꝫ minuiṫ ſi innumera videat
⁊ diuerſa. Quia ſicut vnū totum ſimul ꝑ-
fecte conſideras: ſic ſingula quelibet licꝫ
diuerſa ꝑfecte ſimul totaq̄ꝫ totus conſpi-
cit viſus tuus. Sꝫ ſic omnia ſicut vnū.
⁊ ſicut vnū ſic ſingula. totus ſimul ſine
diuiſiōe vel cōmutatōne vł diminutōne
conſideras. Itaq̄ꝫ totus tu in toto tēpo-
re ſine tempoꝛe. totū me ſimul ſemꝑq̄ꝫ cō-
ſideras: ac ſi nihil aliud ꝯſiderare habe-
as. Sic igiṫ ſuꝑ cuſtodiā meā ſtas: ſicut
ſi omniū oblitus ſis ⁊ mihi ſoli intende-
re velis. Semꝑ quippe te p̄ſentem exhi-
bes. ſemper te paratū offers: ſi me paratū
inuenis. Quocūq̄ꝫ iero tu me domine nō
deſeris niſi prioꝛ ego te deſerā. Vbicūq̄ꝫ

fuero nõ recedis: quoniã vbicꝫ es: vt q̃/
cũcꝫ iero inueniã te ꝑ quẽ poſſim eſſe ne
ꝑeam ſine te. cũ ſine te eſſe nõ poſſim. Fa
teoꝛ q̇dem: q꜡ q̇cq̇d facio ⁊ q̇cunqꝫ facio
ante te facio. et q̇cquid eſt qđ facio meli⁹
tu vides q̃ ego q̇ facio. Quicq̇d eni꜡ ſꝑ
operoꝛ tu pariter ſꝑ p̄ſens aſſiſtis. vt po
te ꝑpetuus inſpectoꝛ oim cogitatõnu꜡:
intentõnũ: delectationũ ⁊ operatõnum
meaꝝ. Dñe ante te eſt ſꝑ omne deſideriũ
meũ. añ te tota cogitatio mea. Tu dñe
vides vñ veniat ſpũs. vbi ſit ⁊ quo va/
dat. q꜡ tu es omniũ ſpirituũ põderatoꝛ.
⁊ vtrũ radix ſit dulcis an amara de q̃ foꝛs
pulcra folia emittunt. Tu iudex interi⁹
meli⁹ ipenoſti. et etiã medullas radicu꜡
ſubtili⁹ ꝑſcrutaris. et nõ ſolũ intentõnem
ſed radicis ei⁹ medullã intimã diſſertiſ/
ſima tue lucis ꝟitate colligis numeras
intueris ⁊ ꝯſignas: vt reddas vnicuicꝫ ñ
ſolũmodo ſꝫm opa vel intentõe꜡: ſ꜡ etiam
ſꝫm ipam interioꝛẽ abſconditã medullã
radicis de q̃ ꝓcedit intentio opantis. Ad
q̇d tendo cũ operoꝛ. q̇cq̇d cogitoꝛ ⁊ in q̃/
cunqꝫ delectoꝛ. tu vides: aures tue audi
unt. oculi tui vidẽt ⁊ ꝯſiderãt: ſignas at
tẽdis notas ⁊ ſcribis in libꝛo tuo ſiue bo
nũ fuerit ſiue malũ: vt reddas poſtea ꝓ
bono p̄mia et ꝓ malo ſupplicia: qñ ape/
rientur libꝛi et iudicabunt ſꝫm hec q̃ fuerũt
ſcripta in libꝛis tuis. Hoc eſt foꝛte qđ iã
dixiſti nobis. Cõſiderabo nouiſſima eo
rũ. ⁊ qđ de te dñe dicit. Uniuerſoꝝ fine꜡
ipe ꝯſiderat: quoniã tu q̇dem in omibuſ
q̃ agimus fine intẽtõis magis q̃ actum
opatõis attẽdis. Cũqꝫ hoc diligent con
ſidero dñe deus me⁹ terribil et foꝛtis: ti
moꝛe pariter ⁊ ingenti ruboꝛe cõfundoꝛ.
qñ nobis magna eſt indita neceſſitaſ iu
ſte recteqꝫ viuẽdi: q̇ cũcta facim⁹ añ ocu
los iudicis cuncta cernẽtis.

Q꜡ homo ꝑ ſe nihil poteſt ſine diuĩa
gratia. Capitulũ XV.

f Oꝛtiſſime ma
gnipotẽs de⁹ ſpirituũ vniuer
ſe carnis. cui⁹ oculi ſunt ſuper
omẽs vias filioꝝ adã: a die natiuitatis eo
rũ vſqꝫ in diẽ exitus eoꝛũ: vt reddaſ vni
cuicꝫ ſꝫm opa ſua bona vel malã. Oſtẽ
de mihi et cõfitear tibi paupꝛtatem meã:
quoniã dixi q̈ diues eſſem et nulli⁹ ege/
rẽ. et neſciebã qm̃ paup eram. cec⁹. nud⁹
miſer ⁊ miſerabil. Credebam eĩ me foꝛe
aliquid cũ nihil eſſem. Dixi ſapiẽs effici
ar: ⁊ ſtultus factus ſum. Cogitabã me eſ
ſe prudentẽ ⁊ deceptus ſũ. Et video nũc
q꜡ donũ tuũ eſt: ſine quo nihil poſſum⁹
facere. q꜡ niſi tu dñe cuſtodieris ciuitatem
fruſtra vigilat q̇ cuſtodit eam. Sic docu
iſti me vt cognoſcerẽ me. quia dereliq̇ſti
me ⁊ ꝓbaſti me: nõ ꝓpter te q̈ cognoſce/
res me ſed ꝓpter me vt cognoſcere꜡ me.
Nam vt dixi dñe credebã me aliquid fo
re ex me. exiſtimabã me ſufficere per me.
nec ꝑcipiebã qm̃ tu regebas me: donec a/
liquantulũ te elõgaſti a me: et cecidi ſta/
tim in me. ⁊ vidi ⁊ cognoui quoniã tu re
gebas me: et q̈ cecidi fuit ex me: et q̈ ſur
rexi fuit ex te. Aperuiſti mihi oclos luc
⁊ excitaſti ⁊ illumĩaſti me: et vidi quoniã
tẽptatio eſt vita hoĩs ſup terrã. ⁊ q̈ glo/
riari nõ valeat añ te oĩs caro: nec iuſtifica
tur oĩs viuẽs: qm̃ ſi q̇d boni ẽ parui vel
magni: donũ tuũ eſt: ⁊ noſtꝝ nõ niſi ma/
lũ ẽ. Uñ igit gl'iabit oĩs caro? Nũq̇d de
malo? Hec nõ eſt gl'ia ſ꜡ miſeria. S꜡ nũ
q̇d gl'iabit de bono? nũq̇d de alieno? Tu
um domine eſt bonũ. tua eſt gloꝛia. Qui
enim de bono tuo gloꝛiã ſibi querit ⁊ nõ
tibi querit: hic fur eſt ⁊ latro: ⁊ ſimilis ẽ
diabolo qui voluit furari gloꝛiam tua꜡.
Qui enim laudari vult de tuo dono: ⁊ ñ
querit in illo gloꝛiã tuam ſed ſuã: hic li/
cet propter tuũ donũ laudet ab homini
bus. a te tamen vituperat: quia de dono
tuo nõ tuam ſed ſuam gloꝛiam queſiuit.
Qui autẽ ab hominib⁹ laudatur vitupe
rante te: non defendetur ab hominib⁹ iu
dicante te. nec liberabit condẽnante te.
At tu dñe formatoꝛ meus ex vtero ma/
tris me: nõ me ſinas cadere in illã expꝛo/
bꝛatõem vt expꝛobꝛetur mihi furari vo
luiſſe gloꝛiã tuam. Tibi enim ſit gl'ia cu
ius eſt omne bonũ: nobis aũt cõfuſio fa
ciei et miſeria. quoꝝ eſt omne malu꜡: ni/
ſi tu volueris miſereri. Miſereris q̇ppe dñe
miſereris omnium: ⁊ nihil odiſti eoꝛum

q̄ feciſti. ⁊ das nobis de bonis tuis: ⁊ di
tas nos dñe deꝰ īopes optimis doniſ tu
is. Quoniā diligis pauꝑes ⁊ diuites fa
cis eos diuitijs tuis. Ecce nūc dñe pau
ꝑes filij tui ſumꝰ ⁊ puſillꝰ grex tuꝰ: aperi
nobis ianuas tuas. ⁊ edent pauꝑes ⁊ ſa
turabunt: ⁊ laudabūt te q̇ requirunt te.
Scio etiā dñe ⁊ ꝯfiteor docēte te: qm̄ il/
li ſoli q̇ cognoſcūt ſe pauꝑes et ꝯfitent ti
bi pauꝑtatē ſuā: ditabunt a te: quoniā q̇
ſe diuites exiſtimāt cū ſint pauꝑes a tuiſ
diuitijs inuenient excluſi. Ego igit cōfi
teor tibi dñe deus meꝰ pauꝑtatē meam.
⁊ ſit tibi tua glīa tota. qm̄ tuū ē om̄e bo
num ꝑ me geſtū. Dñe cōfiteor vt docui/
ſti me: nihil aliud ſum q̄ꝫ vniuerſa vāitaſ
⁊ vmbra mortis: ⁊ abyſſus q̄dā tenebro/
ſa: ⁊ terra inanis ⁊ vacua: que ſine tua be
nedictōe nil germinat. fructū quoqꝫ non
facit niſi cōfuſionē peccatū ⁊ mortē. Si
q̇d boni vnq̄ꝫ habui a te recepi. q̇cquid
boni habeo tuū eſt vł a te habeo. Si qñ
ſteti ꝑ te ſteti. ſed qñ cecidi ꝑ me cecidi: et
ſemꝑ in luto iacuiſſem niſi tu me erexiſ/
ſes. ſemꝑ cecus fuiſſem niſi tu me illumi
naſſes. Quādo cecidi nunq̄ꝫ ſurrexiſſem
niſi tu mihi manum porrexiſſes. Poſtq̄ꝫ
me etiā erexiſti ſꝑ cecidiſſem niſi tu me ſu
ſtinuiſſes. Sepiꝰ periſſem niſi me gub/
naſſes. Sic ſemꝑ dñe ſic ſꝑ grā tua ⁊ mi
ſericordia tua ꝓuenit me: liberās me ab
omnibꝫ malis. ſaluās a p̄teritis. ſuſcitās
a p̄ſentibꝫ. ⁊ muniēs a futuris. ꝓcidēſ eti
am ante me laq̄os pctōꝝ: tollēs occaſio/
nes ⁊ cauſas. q2 niſi tu h̄ mihi feciſſes e/
go oīa peccata mūdi feciſſem. Quoniam
ſcio dñe ꝙ nullū peccatū eſt qđ vnq̄ꝫ fece
rit hō: qđ nō poſſit facere alter hō: ſi cre
ator deſit a q̄ factus eſt hō. Sed ꝙ non
facerē tu feciſti: ꝙ abſtinerē tu iuſſiſti. ⁊ ꝙ
tibi credere gratiā tu infudiſti. Tu nāqꝫ
dñe regebas me tibi. ſeruabas me tibi: et
mihi vt adulteriū et om̄e aliđ pctm̄ non
ꝯmitterem grām ⁊ lumē donaſti.

De diabolo ⁊ multiplicibꝫ temptati/
onibus eius Cap̄. XVI.

t Emptator de
fuit: ⁊ vt deeſſet tu feciſti. lo/
cus ⁊ tēpus defuit: ⁊ vt hec deeſſent tu
feciſti. Affuit tēptator nō defuit locꝰ: nō
defuit tēpus. ſed vt nō cōſentirē tu me te
nuiſti. Venit tēptator tenebroſus vt eſt:
⁊ vt eū deſpicerē tu me ꝯfortaſti. Venit
tēptator armatꝰ ⁊ fortis: ⁊ vt me nō vin/
ceret: tu eū refrenaſti ⁊ me roboraſti. Ve
nit tēptator trāſfiguratꝰ in angelū lucis:
⁊ vt me nō deciperet tu eū increpaſti: et vt
eū cognoſcerē tu me illumiaſti. Ipſe eniꝫ
eſt draco ille magnꝰ ⁊ rufus. ſerpēs anti
quus: vocatꝰ diabolꝰ ⁊ ſathanas. habēſ
capita ſeptē ⁊ cornua decē: quē creaſti ad
illudendū huic mari magno ⁊ ſpacioſo:
in q̄ reptant aīalia quoꝝ nō eſt numerꝰ.
⁊ aīalia puſilla ⁊ magna. i. diuerſa d̄mo/
nioruꝫ genera: q̇ nihil aliud die noctuqꝫ
oꝑantur: niſi q2 circūeunt q̄rētes quē de
uorēt: niſi tu eripias. Ipſe enī ē antiquꝰ
ille draco: q̇ ortꝰ eſt in ꝑadiſo voluptatiſ.
q̇ cauda ſua trahit terciā ꝑtē ſtellaꝝ celi.
⁊ eas mittit ī terrā. q̇ veneno ſuo corrum
pit aquas terre: vt bibētes hoīes moriāt.
⁊ q̇ ſternit ſibi auꝝ q̄ſi lutū: ⁊ hꝫ fiduciaꝫ
ꝙ influat iordanis in os ſuū: q̇ factꝰ ē vt
nullū timeat. Et q̇s defendet a morſibuſ
eiꝰ: quis eruet ab ore eiꝰ: niſi tu dñe qui
ꝯfregiſti capita dracōiſ magni. Pretēde
dñe ſuꝑ nos alas tuas vt fugiamus ſub
eis a facie dracōis huiꝰ q̇ nos ꝑſeq̇tur. ⁊
ſcuto tuo libera nos a cornibꝫ eiꝰ. Hoc
enī eſt ꝯtinuū ſtudiū eiꝰ. hoc vnicū deſi/
deriū ſuū. vt aīas q̄s creaſti deuoret. Et
ideo deꝰ meꝰ ad te clamamus: libera noſ
ab aduerſario noſtro q̄tidiano. qui ſiue
dormiamus ſiue vigilemꝰ: ſiue comeda
mus ſiue bibamꝰ: ſiue qđcunqꝫ opꝰ ope
remur: omnibꝫ modis inſtat die ac nocte
fraudibꝫ ⁊ artibꝫ. nūc palā: nunc occulte:
ſagittas venenatas cōtra nos dirigenſ:
vt interficiat aīas nr̄as. Et tñ dñe peſſi/
ma inſania nr̄a. q2 cū cōtinue videamꝰ
contra nos dracōnē ore aperto paratuꝫ
ad deuorandū: nihilominus dormimꝰ ⁊
laſciuimus in pigricijs noſtris tanq̄ꝫ ſe
curi ante eū. qui nihil aliud deſiderat q̄ꝫ
vt nos perdat. Inimicꝰ vt occidat ſem
per vigilat ſine ſomno: et nos vt cuſto/
diamus nos nolumꝰ euigilare a ſomno

Ecce tetendit ante pedes nr̄os laqueos infinitos: ⁊ om̄es vias nr̄as varijs r̄pleuit decipulis ad capiēdas aīas noſtraſ Et q̄s effugiet? Laq̄os poſuit in diuitiis. laqueos poſuit in paup̄tate. laq̄oſ tetēdit in cibo: in potu: i voluptate: in ſomno ⁊ i vigilia: laq̄os poſuit i v̄bo ⁊ i ope. ⁊ in omni via noſtra. Sed tu dn̄e libera nos de laqueo venātiū ⁊ a verbo aſpero vt cōfiteamur tibi dicētes. Bn̄dict⁹ dn̄ſ q̄ nō dedit nos in captōem dentib⁹ eoꝝ. Anima nr̄a ſicut paſſer erepta eſt ꝺ laq̄o venantiū. laqueus ꝯtritus eſt: ⁊ nos liberati ſumus.

Q, de⁹ ē lux iuſtoꝝ   Cap. XVII.

## Tu quidem

dn̄e lux mea illumina oculos meos vt videā lumē: ⁊ ambulē in lumīe tuo: ⁊ nō impingat in laq̄os eius. Quis eni euadet laqueos iſtos mł tos niſi videat eos? ⁊ q̄s videbit eos niſi quē illumīaueris lumīe tuo? Ipe eni p̄r tenebraꝝ laq̄os ſuos abſcondit in tenebris ſuis: vt capiant in eis oēs qui ſunt in tenebris ſuis. q̄ ſunt filij tenebraꝝ hārū. nō videntes lumē tuū. in q̄ qui ambulat nō timebit. q̄ eni ambulat in die non offendit. q̄ aūt i nocte ambulat offendit. q̄r lux nō eſt in eo. Tu lux dn̄e. tu lux filiorū lucis. tu dies q̄ neſcis occaſum: in q̄ ambulāt filij tui ſine offenſiōe: ⁊ ſine q̄ omnes q̄ ambulāt in tenebris ſunt. q̄r te lucē mūdi nō habēt. Ecce quotidie cernim⁹: q̄r quo magis a te vero lumie quiſ elongat: eo magiſ peccatoꝝ inuoluit tenebris. et q̄ magis eſt in tenebris: eo minuſ videt laq̄os in via ſua: ⁊ ideo minus cognoſcit. ⁊ idcirco ſepi⁹ capit ⁊ cadit i eiſ. ⁊ q̄d eſt horribili⁹ etiā ſe cecidiſſe ignorat. Qui vero ſuū caſum ignorat: eo minus curat ſurgere: q̄r ſe exiſtimat adhuc ſtare. Tu ſo lux mētis dn̄e de⁹ me⁹ nūc illumina oc̄los meos vt videam ⁊ ꝯgnoſcā: ne corruā in ꝯſpectu aduerſarioꝝ meorū. Eteni in exterminiū noſtrū laborat iimic⁹ noſter. quē petim⁹ vt facias liq̄fieri a facie nr̄a: ſicut cera liqueſcit a facie ignis. Quoniā dn̄e ipe eſt latro ꝑmus ⁊ vltimus: qui ꝯſiliū fecit vt rāp̄et gl'iā tuā. quoniā inflatus ⁊ elat⁹ crepuit ⁊ cecidit in faciē ſuā: ⁊ deieciſti eū ꝺ monte ſancto tuo: ⁊ de medio lapidū ignitoꝝ: in q̄rū medio ambulauit. Et nūc vita mea dn̄e deus meus: ex quo cecidit nō ceſſat ipſe qui filios tuos. Et in odiū tuū o rex magne: cupit ꝑdere hāc creaturā tuā: quam creauit om̄ipotēs bonitas tua ad imaginē tuā: vt poſſideat gloriā tuā quā ipe ꝑdidit ꝑ ſupbiā ſuā. Sed contere eū fortiſ noſter: ante nos agnos tuos: ⁊ illumina nos vt videam⁹ laqueos q̄s ipe parauit: ⁊ euadamus ad te o leticia iſrael. Et hec oīa tu dn̄e meli⁹ noſti. q̄ noſti ꝯtentionē ei⁹ ⁊ ceruicē eius duriſſimā. Hec hoc dico vt oſtēdā tibi: quia oīa vides ⁊ nulla te latet cogitatio Sed ante pedes tue maieſtatis de inimico meo querimoniā facio: iudex eterne vt et ipm dānes: et nos filios tuos ſalues: q̄rū fortitudo tu es. Verſut⁹ eſt eni dn̄e iſte hoſtiſ ⁊ eternoſus. nec facile dep̄hēdi p̄nt circuituſ vie eius: nec cognoſci ſpecies vult⁹ eiuſ niſi tu illumines. Nā nūc hic: nūc illic. nūc agnū: nūc lupū. nūc tenebras: nūc lucem ſe oſtēdit. ⁊ ſingulis q̄buſlibet q̄litatib⁹ locis ⁊ temporib⁹: ſ̄m varias reꝝ mutationes: varias exhibet tēptatōes. Nā vt triſtes decipiat triſtat ⁊ ipe. vt gaudētes illudat fingit ſe ⁊ ipe gaudere. vt ſp̄uales defraudet in angelū lucis ſe trāſfigurat. vt fortes ꝯp̄mat apparet agn⁹. vt mites ꝺuoret apparet lup⁹. Hec q̄dē oīa ſ̄m ſimitudinē variaꝝ temptatōnū effici habet. ſicut alios a timore nocturno: alios a ſagitta volāte in die. alios a negocio ꝑambulante in tenebris: alios ab incurſu: alios a demonio meridiāo. Et ad hec quis ydone⁹ vt cognoſcat? quis reuelabit ſpeciem indumenti ei⁹? et gyrum dentiū ei⁹ quis agnoſcet? En abſcōdit ſagittas ſuas in pharetra. ⁊ laqueos etiā abſcōdit ſub ſpecie lucis: et hoc difficilius ꝑpenditur niſi a te domine ſpes noſtra lumen aſſumamus vt videamus. Nam nō ſolū in carnis operibus que de facili cognoſcunt: non tm̄ in ipſis vicijs: ſed in ipſis ſpiritualibus exercitijs laq̄os abſcōdit.

ſubtiles. ⁊ ſub ꝟtutũ colore ipa vita ĩdu
it ⁊ trãſmutat ſe ĩ angelũ luc̃ƺ. Hec ⁊ mꝉ
ta alia nitiꝛ ꝯ nos ipe filius belial. ipe ſa
than: dñe deꝰ nr̃. Et nũc vt leo: nunc vt
draco: manifeſte ⁊ occulte: intus et extra
die ac nocte inſidiaꝛ vt rapiat aĩas nr̃aſ.
Et tu eripe noſ dñe q̇ ſaluas ſperãtes in
te: vt ipe de nobis doleat: ⁊ tu lauderƺ in
nobis dñe deus noſter

Itez de bñficijs dei Cap. XVIII

# e Go aũt filius

ancille tue q̄ me recõmendauit
manui tue. iã his meis paup/
culꝭ ꝯfeſſionibꝫ ꝯfitear tibi liberatoꝛ meꝰ
toto corde meo. ⁊ recolã ad mẽtẽ meam
oĩa bona q̄ feciſti mihi a iuuentute mea.
in om̃i vita mea. Scio nãqꝫ ꝙ ingr̃titudo
mꝉtũ tibi diſpliceat: q̄ ẽ radix totiꝰ mali
ſpũalis. ⁊ vẽtꝰ q̇dã deſiccãs ⁊ vrẽs om̃e
bonũ: obſtruẽs fontem diuĩe miĩcordie
tue ſup hoĩez: q̄ ⁊ mortua iã ñ oriũꝛ. ⁊ vi
ua iã opa moriũꝛ ⁊ vltra nõ adipiſcũtur
Et ego dñe gr̃as tibi ago ne ſim ingr̃ꝰ ti
bi liberatoꝛ meꝰ: qm̃ liberaſti me. Quoti
ens me iã abſorbuerat ille draco: ⁊ tu do
mine ab ore eiꝰ extraxiſti me. Quotiẽſ e/
go peccaui ⁊ ipe paratꝰ fuit ꝺglutire me.
ſꝫ tu dñe deꝰ meꝰ defendiſti me. Cũ ꝯ te
iniq̄ agebã cum tua mãdata frãgebã: ſta
bat ipe patus vt me rapet ad infernũ: ſed
tu ꝓhibebas. Ego te offendebã: ⁊ tu me
defẽdebas. Ego te nõ timebã ⁊ tu me cu
ſtodiebas. A te recedebã ⁊ inimico meo
me exhibebã. tu ipm ne me acciperet ꝺter/
rebas. Hec mihi tu dñe deꝰ meꝰ bñficia
ꝯferebaſ: ⁊ ego miſer nõ ꝯgnoſcebã. Sic
enĩ me mꝉ totiẽs a faucibꝫ diaboli libaſtĩ:
de ore leonis eripuiſti. ⁊ ab ĩferno licꝫ ne
ſcientẽ me multƺ vicibꝫ reduxiſti. Deſcen
di enĩ vſqꝫ ad portas inferni: ⁊ ne illuc ĩ/
trarẽ tu me tenuiſti. Appropinq̄bã vſqꝫ
ad portas mortƺ: ⁊ ne me ipe capent tu fe
ciſti. De morte etiã corpis ſepiꝰ eripuiſti
me ſaluatoꝛ meꝰ: cũ graues morbi tene/
rẽt me: cũ fui in piculꝭ multis p mare: p t/
ras: ab igne ⁊ gladio: ⁊ ab om̃i piculo li/
berãs: ſp mihi aſtans ⁊ miĩcorditer ſal/
uãs. Sciebas tu q̇dẽ dñe. q2 ſi tũc morſ
me occupaſſet: infernꝰ aĩaz meã ſuſcepiſ/
ſet: ⁊ ppetuo dãnatꝰ fuiſſem. Sꝫ tua mi
ſericordia ⁊ tua gr̃a ꝓuenit me: eripiẽſ me
ꝺ morte corpis: ⁊ de morte aĩe dñe deus
meꝰ. Hec ⁊ multa mihi tua alia bñficia
exhibuiſti. ⁊ ego erã cecus ⁊ nõ cognoui
donec illumĩaſti me. Nũc igiꝛ lux anime
mee dñe deꝰ meus: vita mea: p quã viuo.
lumẽ oculoꝝ meoꝝ p qꝺ video. En illu
minaſti me ⁊ cognoſco te: q2 viuo p te: et
gr̃ias ago tibi licet viles ⁊ exiles ⁊ ĩpareſ
bñficijs tuis: q̄les habꝫ mea fragilitaſ of
fero. Qm̃ tu es ſolꝰ deꝰ meꝰ: creatoꝛ meꝰ
benignꝰ. q̇ amas nr̃as aĩas: ⁊ nihil odi/
ſti eoꝝ q̄ feciſti. En ego pm̃ꝰ inꝛ pctõres
q̇s ſaluaſti: vt exẽplum alijs tribuã beni
gniſſime pietatis tue. Cõfiteaꝛ tibi bñfi
cia tua magna: qm̃ eripuiſti me de infer/
no inferiori ſemel ⁊ ſcꝺo ⁊ tercio. ⁊ centi
es ⁊ millies. et ego ſp ad infernũ tẽdebã:
⁊ tu me ſp reducebas: ⁊ iuſte millies dã/
naſſes me ſi voluiſſes. noluiſti: q2 amas
aĩas ⁊ diſſimulas pctã hoĩm ꝓpꝛ penitẽ
tiã dñe deꝰ meꝰ mꝉte miſericordie in oĩbꝫ
vijs tuis. Nunc ergo video hec dñe de
us meꝰ: et cognoſco p lumen tuũ. ⁊ defi/
cit anima mea in miĩcordia tua magna
que eſt ſup me: qm̃ eripuiſti animã meaz
ex inferno inferiori: ⁊ me ad vitã reduxi/
ſti. Totus enĩ erã in morte: totũ me reſu
ſcitaſti. Tuũ igiꝛ ſit totũ id quod viuo.
⁊ totus totũ me tibi offero. Totus ſpũſ.
totũ coꝛ. totũ corpꝰ. tota vita mea viuat
tibi vita mea dulcis. quoniã totũ me libe
raſti vt totũ me poſſideres. totũ me refe
ciſti vt totũ me rehaberes. Diligã te igiꝛ
domine virtus mea. diligam te ineffabiꝉ
exultatio mea: ⁊ viuat iam nõ mihi ſed ti
bi tota vita mea: que perierat in miſe/
ria mea: reſuſcitata eſt in miĩcordia tua.
ſed tu animā tuā liberaſti. Decet ergo e-
piſcopū omniū quibꝫ in ſpeculā poſitus
eſt peccata diligēter attendere. et poſtqꝫ
attēderit ſermone: ſi potuerit et actu cor
rigere. et ſi nō potuerit: iuxta euāgelij re
gulā ſcelerū oꝑarios declinare. Si enim
inquit in euangelio dominꝰ: peccauerit
in te frater tuꝰ: corripe illū inter te ⁊ ip-
ſum ſolū. Si te audierit lucratꝰ eris fra
trem tuū. Si te nō audierit: adhibe tecū
adhuc vnū vel duos: vt in ore duorū vel
triū teſtiū ſtet omne verbū. Si illos nō
audierit dic eccleſie. Si eccleſiā nō audi
erit ſit tibi ſicut ethnicꝰ et publicanus.
Tali ordine expellendꝰ eſt quicunqꝫ do
ctori vel epiſcopo adherere noluerit. Et
qui tali ordīe expulſus fuerit: ab aliquo
alio doctore vl̄ epiſcopo nō debꝫ recipi.
De ſacerdote nanqꝫ in lege ſcribit̄. Ui-
duam aut repudiatā nō accipiat vxorē.
Qui ergo excōmunicatā illam a catho-
lico ſibi iungit iura ſacerdotij ſancti: ī qꝺ
chriſtianorū genus electum eſt: excedit.
Hac ratōne epiſcopū ad eos quibus in
ſpeculatōne poſitus eſt eſſe oportet. Ce
terum vero qualis in ſemetipo eſſe debe
at paulus apoſtolus exponit. vt ad gra
dū epiſcopi veniēs: ſit ſobrius: prudēs:
caſtus: ſapiens: modeſtus: hoſpitalis: ⁊

filios habẽs ſubditos cũ om̃i caſtitate:
teſtimoniũ habens bonũ ab his qui fo/
ris ſunt: proferẽs doctrine fideles ſermo
nem. ante epiſcopatũ nõ plures habens
vxores ꝙ̃ vnam. Non percuſſor: nõ bi/
linguis: non ebrioſus: non neophicus:
vt per hec ipſe oſtẽdat in opere quod ali
os docet in ſermone doctrine. Caueant
ergo negligẽtes epiſcopi: quia in tẽpore
vindicte domin⁹ per prophetã conque/
ritur dicens. Paſtores mei demoliti ſũt
populũ meũ et nõ paſcebãt gregẽ meũ
paſtores ſed paſcebant ſemetipos. Sed
potius procurẽt hi quos cõſtituit domi
nus ſuper familiã ſuam dare illis cibũ
in tẽpore ſuo mẽſurã tritici: purã ſcilicet
et probatã doctrinã: quatenus veniente
domino mereant audire. Euge ſerue bo
ne et fidelis: quia ſupra pauca fuiſti fide
lis: ſupra multa te conſtituã: intra i gau/
diũ domini tui.

Undecimus gradus

## v Ndecimus ab

vſionis gradus eſt. Plebs ſine
diſciplina: que dũ diſcipline ex/
ercitationibꝰ nõ ſeruit: cõmuni ſe perdi/
tõnis laqueo cõſtringit. Ira enĩ domini
abſqꝫ diſcipline rigore non euadit. Atqꝫ
idcirco pſalmiſte vocibus indiſciplina/
te plebi predicatur. Apprehẽdite diſci/
plinã: ne quando iraſcatur domin⁹. Di/
ſciplina vero eſt morũ ordiata correctio:
et maiorũ p̄cedentiũ regularũ obſerua
tio. De qua diſciplina paulus apoſtol⁹
ita loquitur dicens. In diſciplina perſe
uerate: tanꝙ̃ filijs vobis ſe offert deus.
Quod ſi extra diſciplinã eſtis cuius par
ticipes facti eſtis: omnes ergo adulteri
et non filij eſtis. Qui ergo adulteri ſine
diſciplina ſunt: celeſtis regni hereditatẽ
non capiunt. filij autẽ paterne diſcipli/
ne correctiões ferunt: et hereditatẽ qñ/
doqꝫ recipere poſſe nõ deſperãt. De qua
etiam diſciplina Eſaias quidẽ indiſci/
plinate plebi predicat dicens. Quieſci/
te agere peruerſe: diſcite benefacere. Et
ad eadem pſalmiſta cõſona voce pſallit
dicens. Declina a malo et fac bonũ. In/
felix ergo eſt qui abijcit diſciplinã. Au/
det enĩ extra milites aliquid: qui domi/
nũ crucifigentes nõ eius ſciderũt tuni/
cam: qui eccleſie chriſti ſcindit diſcipli/
nã. Sicut enĩ tunica totũ corpus p̄ter
caput tegit: ita diſciplina omnis eccle/
ſia preter chriſtũ qui eccleſie caput eſt ⁊
ſub diſciplina nõ eſt protegit et ornatur
Ipſa enim tunica cõtexta deſuper fuerat
per totum. quia eadẽ diſciplina eccleſie
a domino de celo tribuit et integrat. De
qua dominus cum ad patrẽ aſcendiſſet
poſtꝙ̃ reſurrexit a mortuis ad apoſto/
los ſuos loquitur dicẽs. Uos autẽ ſe/
dete hic in ciuitate quoadusqꝫ induamĩ
virtute ex alto. Tunica ergo corporis chri
ſti: diſciplina eccleſie eſt. Qui autẽ extra
diſciplinã eſt: alienus eſt a corpore chri
ſti. Non ſcindamus igitur illam: ſed ſor
tiamur de illa. id eſt nõ ſoluamus quic/
ꝙ̃ de mandatis domini: ſed vnuſquiſqꝫ
in quo vocatus eſt in eo permaneat apd̄
dominũ.

Duodecimus gradus.

## d Uodecimus

abuſionis gradus eſt. Po/
pulus ſine lege: qui dum dei
dicta et legũ ſcita contemnit: per diuer/
ſas errorũ vias preuaricatõnis laqueũ
incurrit. De quib⁹ vijs ſub perſona p̄/
uaricatoris populi humanũ genus pro
pheta ita deplangit. Nos autem ſicut
oues errauimus: vnuſquiſqꝫ in viã ſu/
am declinauit. De quibus vijs etiã ea/
dẽ ſapientia loquit per ſalomonẽ. Mul
te vie videntur hominibus recte: ⁊ no/
uiſſima earũ deducunt ad mortem. Que
vtiqꝫ multe perditõnis vie tunc incedũ/
tur: cum vna regalis via: lex dei videlicet
que neqꝫ ad dexteram: neqꝫ ad ſiniſtram
declinat: per negligentiã deſeritur. De
qua via dominus ieſus chriſtus qui eſt
finis legis ad iuſticiã omni credenti de/
nunciat. Ego ſum via veritas et vita.
Nemo venit ad patrem niſi per me. Ad
quã viam omnes cõmuniter inuitat di/
cens. Uenite ad me omnes qui labora/
tis ⁊ onerati eſtis et ego reficiã vos. Quia

non eſt perſonarũ acceptio apud deum. vbi non eſt iudeus et grecus. maſcul⁹ et femina: ſeruus et liber: barbarus et ſcitha: ſed omnia in omnib⁊ chriſt⁹. Omnes enĩ vnũ ſunt ĩ chriſto ieſu. Dũ ergo chriſtus finis eſt legis: qui ſine lege ſunt ſine chriſto fiunt. Igit̃ populus ſine lege: popul⁹ ſine chriſto eſt. Abuſiuũ ergo in tẽporib⁊ euangelij populũ ſine lege fieri: q̃ndo apoſtolis in cũctas gentes licẽtia predicatiõis data eſt: quãdo tonitruum euãgelij per cũctas ſeculi partes intonuit. quãdo gentes que nõ ſectabant̃ iuſticiam apprehẽderũt iuſticiã: quãdo qui lõge fuerãt facti ſunt ꝓpe ĩ ſanguĩe chriſti. qui aliquãdo non populus: nũc autẽ populus dei in chriſto: quãdo eſt temp⁹ acceptabilẽ: et dies ſalutis: et tẽpora refrigerij in conſpectu altiſſimi. quãdo vnaqueq; gens habet teſtẽ reſurrectiõis. quando ipſe teſtatur domin⁹. Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſq; ad conſũmationẽ ſeculi. Non ſim⁹ itaq; ſine chriſto ĩ hoc tpe trãſitorio: ne ſine nobis chriſtus eſſe incipiat in futuro

Finis duodecim graduũ abuſionuz ſancti Auguſtini. De iſto libro frater Bartholomeus de vrbino ordinis heremitarũ ſancti auguſtini: annumerans libros auguſtini poſt finẽ ſui milleloquij qd collegit ex auguſtini libris ſic dicit. Dubiũ eſt vtrũ liber de duodecim gradibus abuſionũ ſit auguſtini: quia non nominat̃ in libro retractationũ. et alij appropriãt ipm cipriano. Ego tamẽ repperi in antiquo originali auguſtini.

Ex libro retractationũ beati auguſtini in librũ de beata vita.

LIbrum de beata vita non poſt libros de achademicis: ſed inter illos vt ſcriberem contigit. Ex occaſione quippe ortus eſt natalis mei: et tridui diſputatõne complet⁹. ſicut ſatis ipſe indicat. In quo libro cõſtitit inter nos qui ſimul querebam⁹ nõ eſſe beatã vitaz niſi perfectã cognitionẽ dei. Diſplicet tamen illic q̃ mallio theodoro: ad quem librũ ipm ſcripſi. quãuis docto et chriſtiano viro plus tribui q̃ deberẽ. Et q̃ fortunã etiã illic ſepe nominaui: ⁊ q̃ tẽpore vite huius in ſolo animo ſapientis dixi habitare vitã beatã: quomodolib; ſe habeat corpus eius: cũ perfectã cognitõez dei. hoc eſt qua homini maior eſſe non poſſit: in futura vita ſperet apoſtolus: que ſola beata vita dicẽda eſt. vbi ⁊ corpus incorruptibile atq; immortale ſpiritui ſuo ſine vlla moleſtia vl' reluctatõne ſubdet̃. Sane iſtũ librũ in noſtro codice interruptũ repperi: et nõ parũ minus habere. et ſic a fratrib⁊ quibuſdã deſcriptus eſt. nec adhuc apud aliquẽ integrũ inueneram: ex quo emendarẽ quando hec retractaui. Hic liber ſic incipit. Si ad philoſophie portũ.

Beati Auguſtini epiſcopi de beata vita liber incipit

Prohemiũ

SI ad philoſophie portum: de quo iam in beate vite regionem ſolumq; proceditur. vir humaniſſime atq; magne theodore: ratione inſtitutus: curſus et voluntas ipſa perduceret: neſcio vtrum temere dixerim: multo minoris numeri homines: ad eum peruenturos fuiſſe: quãuis nunc quoq; vt videmus: rari admodũ paucisq; perueniant. Cum enĩ in hunc mundũ: ſiue deus ſiue natura: ſiue neceſſitas ſiue volũtas

noſtra:ſiue cõiuncta horũ aliqua:ſiue ſi/
mul omnia:res enĩ multũ obſcura eſt: ſ;
tamẽ a te iam illuſtrãda ſuſcepta. veluti
in quoddã ꝓcelloſum ſalũ: nos quaſi te/
mere paſſimqꝫ proiecerit: quotus quiſ/
qꝫ cognoſceret quo ſibi nitendũ eſſet:q̃/
ue redeundũ:niſi aliquãdo ⁊ inuitos cõ
traqꝫ obnitẽtes aliq̃ tempeſtas:que ſtul
tis videtur aduerſa in optatiſſimã terrã
neſciẽtes:errantesqꝫ cõpingeret? Igitur
hominũ quos philoſophia poteſt acci/
pere:tria quaſi nauigantiũ genera mihi
videor videre. Unũ eſt eoru;: quos vbi
etas compos ratõnis aſſumpſerit: par/
uo impetu pulſuqꝫ remorũ de ꝓximo fu/
giunt:ſeſeqꝫ recondũt in illa trãquillita
te vnde ceteris ciuibꝫ quibꝫ poſſunt:quo
admoniti conueniãt ad ſe:luciđiſſimum ſi/
gnũ ſui alicuius operis erigũt. Alteru;
vero eſt eorũ ſuperioriqꝫ contrariũ.q̃ fal
laciſſima facie maris decepti:elegerũt in
mediũ progredi:longeqꝫ a ſua patria pe
grinari audent:et ſepe eius obliuiſcunt̃.
Hos ſi neſcio quo et nimis latẽte mo/
do a puppi ventus:quẽ proſperũ putãt
fuerit proſecutus: penetrãt in altiſſima
miſeriarũ elati atqꝫ gaudẽtes ꝙ eis vſqꝫ
quaqꝫ fallaciſſima ſerenitas voluptatũ:
honorũqꝫ blandit̃. His profecto quid
aliud optandũ eſt:ꝙ quedã in illis rebꝰ
a quibus iactati excipiant̃ in ꝓſpera. ⁊ ſi
parum eſt:ſeuiens omnino tẽpeſtas:cõ/
trarieqꝫ flans ventus:qui eos ad certa ⁊
ſolida gaudia vł flentes gementesqꝫ per
ducat? Huius generis tamẽ plerieqꝫ nõ
dum longius euagati:quibuſdã nõ ita
grauibus moleſtijs reducuntur. Hi ſũt
homines:quos cũ vel lacrimabiles tra/
gedie fortunarũ ſuarũ:vel inaniũ nego/
ciorũ anxie difficultates: quaſi nihil ali
ud habentes quod agãt:in libros docto
rũ ſapientiſſimorũqꝫ hominũ traxerint:
in ipõ quodãmodo portu euigilãt. vnde
illos nulla maris illius promiſſa nimiũ
falſo ridentis excludãt. Eſt autẽ genus
inter hec terciũ eorũ:qui vel in ipõ ado/
leſcentie limine:vel iam diu multũqꝫ ia/
ctati.tamẽ queda; ſigna reſpiciũt: et ſue
dulciſſime patrie recordant̃: et aut recto curſu in nullo fal
ſi et nihil morati eã repetũt: aut plerũqꝫ
vel inter nubila deuiãtes: vł mergentiã
contuentes ſidera:vel nõnullis illecebris
capti:bone nauigatõnis tẽpora differẽ/
tes:errant diutius:ſepe etiã periclitant̃.
Quos item ſepe nõnulla influxis fortu
nis calamitas:quaſi conatibꝫ coru; ad/
uerſa tempeſtas ĩ optatiſſimã vitã qui/
etamqꝫ compellit. His autem omnibus
qui quocunqꝫ modo ad beate vite regio
nem ferunt̃:vnus immaniſſimus mons
ante ipſum portũ cõſtituitꝰ:qui etiã ma/
gnas ingredientibus gignit anguſtias:
vehemẽtiſſime formidãdꝰ:cautiſſimeqꝫ
vitandus eſt. Nam ita fulget: ita mẽtiẽ
te illa luce veſtitur:vt non ſolũ ꝑuenien/
tibus nondũqꝫ ingreſſis incolendum ſe
offerat: et eorum voluntatibꝫ pro ipſa be
ata terra ſatiſfacturũ polliceatur. Sed
plerũqꝫ de ipõ portu ad ſeſe homĩes in/
uitat:eoſqꝫ nõnunqꝫ detinet ipa altitudi
ne delectatos. vnde ceteros deſpicere li/
beat. Hi tamẽ admonent ſepe veniẽteſ:
ne aut occultis ſubter ſcopulis decipiã
tur: aut ad ſe aſcẽdere facile putẽt: ⁊ quã
ſine periculo ingrediãt̃:propter illiꝰ ter
re vicinitatem beniuolẽtiſſime docent.
Ita cum eis inuident vaniſſimã gloriã:
locum ſecuritatis oſtendũt. Nam quem
montẽ altum vult intelligi ratio ꝓpin/
q̃ntibus ad philoſophiã ingreſſiſue me/
tuendũ:niſi ſuperbũ ſtudium inaniſſime
glorie:quod ita nihil intꝰ plenũ atqꝫ ſo/
lidum habet. vt inflatos ſibi ſuꝑambu/
lantes ſuccrepãte fragili ſolo demergãt
ac ſorbeat:eiſqꝫ in tenebras reuolutis.e/
ripiat luculentiſſimã domũ: quam pene
iam viderant? Que cum ita ſint: accipe
mi theodore. Nanqꝫ ad id quod deſide
ro te vnum intueor:teqꝫ aptiſſimũ ad/
miror ſemꝑ:accipe inquã:et quod illorũ
trium genus hominũ me tibi dederit: ⁊
quo loco mihi eſſe videar. et abs te cuius
modi auxiliũ certus expectẽ. Ego ab vſ
qꝫ vndeuigeſimo anno etatis mee poſt/
ꝙ in ſchola rhetorum librum illum cice
ronis:qui hortenſius vocat̃ accepiſtan/
to amore philoſophie ſuccenſus ſum:vt

ſtatim ad eā me trāſferre meditarer. Sꝫ
neqꝫ mihi nebule defuerūt: quibꝰ cōfun/
dereł curſus meus: et diu fateor: quibuſ
in errorē ducebar labentia in oceanū a-
ſtra ſuſpexi. Nam et ſupſtitio quedā pu
erilis me ab ipa inquiſitiōe terrebat. Et
vbi factuſ erectior illam caliginē diſpu/
li: mihiqꝫ perſuaſi: docētibus potiꝰ ꝙ
iubentibꝰ eſſe credendū: incidi in homi/
nes: quibus lux iſta que oculis cernitur
inter ſumma et diuina colēda videretur
Nō aſſentiebar: ſed putabā eos magnuꝫ
aliquid tegere illis inuolucris: quod eſ/
ſent aliquando apturi. At vbi diſcuſſos
eos euaſi: maxime traiecto iſto mari. diu
gubernacula mea repugnātia omnibus
ventis in medijs fluctibꝰ achademici te
nuerūt. Deinde veni in has terras: hic
ſeptētrionē cui me credere didici. Animad
uerti enim et ſepe in ſacerdotis noſtri: et
aliquādo in ſermonibꝰ tuis: cum de deo
cogitareł nihil omnino corporis eſſe co
gitanduꝫ: neqꝫ cū de anima. Nam id eſt
vnū in rebus proximū deo. Sed ne in
philoſophie gremiū celeriter aduolarē:
fateor: vxoris honoriſqꝫ illecebra detine
bar. vt cū hec eſſem cōſecutus: tū demū.
me: quod paucis feliciſſimis licuit: totiſ
velis omnibuſqꝫ remis in illū ſinū rape
rem: ibiqꝫ cōquieſcerē. Lectis autē pla
tōis pauciſſimis libris: cuiꝰ te eē ſtudi/
oſiſſimū accepi: collataqꝫ cū eis quantū
potuit: etiam illorū autoritate qui diui
na miſteria tradiderūt: ſic exarſi: vt omeſ
illas vellem anchoraſ rūpere: niſi menō
nullorū hominū exiſtimatio ꝯmoueret.
Quid ergo reſtabat aliud: niſi vt immo
rāti mihi ſuperfluis: tempeſtas que pu/
tabatur aduerſa ſuccurreret? Itaqꝫ tā/
tus me arripuit pectoris dolor: vt illiꝰ
pfeſſionis onus ſuſtinere nō valēs: qua
mihi velificabā: fortaſſe ad ſirenas abij/
cerē oīa: et optate tranquillitati vł qſ/
ſataꝫ nauē feſſamqꝫ perducerē. Ergo vi
des. in qua philoſophia quaſi in portu
nauigem. Sed etiā ipe late patet: eiuſqꝫ
magnitudo: quāuis iā minus periculo/
ſum: nō tamen penitꝰ excludit errorem.
Nam cui parti terre: que profecto vna
beata eſt: me admoueā. eamqꝫ cōtingam
prorſus ignoro. Quid enī ſolidū tenui
dū adhuc de anima queſtio nutat ꝛ flu/
ctuat. Quare obſecro te per virtutē tuā:
per humanitatē: per animarū inter ſe vi
culū atqꝫ cōmertiū: vt dexterā porrigaſ.
Hoc autē eſt vt me ames: et a me viciſ/
ſim te amari credas: carūqꝫ haberi. Qđ
ſi impetrauero: ad ipam beatam vitam
cui te iā herere preſumo: paruo conatu
facillime accedā. Quid autē agam: quo
ue modo ad iſtum portū neceſſarios me
os cōgregem: vt cognoſcas ꝛ ex eo ani/
mū meū. Neqꝫ enī alia ſigna inuenio q̄/
bus me oſtendā: vel quo plenius intelli
gas pelagꝰ diſputatōnuꝫ meaꝝ. Quod
mihi videł religioſius euaſiſſe: atqꝫ tuo
titulo dignius ad te ſcribenduꝫ putaui.
et ipo tuo nomie dedicandū. Aptiſſime
ſane. Nam de beata vita queſiuimꝰ in/
ter nos: nihilqꝫ aliud video quod magł
dei donū vocandū ſit. Eloquentiā tua
territus nō ſum. Quicq̄d enim amo: ꝙ-
uis nō aſſequar: timere non poſſim: for
tune vero ſublimitatē multo minus. a/
pud te enim vere quāuis ſit magna: ſecū
da eſt. nam quibus dominał eoſdem ip
ſos ſecūdos facit. Sed iam q̄d afferam:
queſo attende.

Incipit narratio que ad diſputatōeꝫ
paratur.

**Dibus nouem**

i bris: mihi natal' dies erat: poſt
tā tenue prandiū. vt ab eo nihil
īgeniorū impediret: oēs qui ſimul: nō
mō illo die: ſed quotidie cōuiuabamur
ī balneas ad cōſedendū vocaui. Nā his
temporibꝰ aptius locus ſecretꝰ occurre
rat. Erant autē (nō enī vereor eos ſingu
lari bonitati tue notos interim noībꝰ fa/
cere) in primis noſtra mater. cuiꝰ meri
ti credo eſſe omne quod viuo: nauigius
frater meus: trigetiꝰ et licentius ciues.
et diſcipuli mei: nec lartidianū et ruſticū
cōſobrinos meos: ꝙuiſ nullū vł grāma
ticū paſſi ſint: deeſſe volui. ipmqꝫ eoꝝ ſē
ſum cōmunē: ad rem quā moliebar ne/
ceſſariuꝫ putaui. Erat etiā nobiſcū eta/

feminimus omniū:ſed cuius ingeniū ſi amore nō fallor: magnū quiddā pollicetur adeodatus filius meꝰ. Quib⁊ attentis ſic cepi.

Incipit diſputatio de beata vita.

Manifeſtuz vobis videt̄ ex anima et corpore nos eſſe cōpoſitos. Cū omnes cōſentirēt: nauigiꝰ ſe ignorare reſpōdit. Cui ego: nihil ne omnino ſcis inquā: an inter aliq̄ que ignoras etiā hoc numerāduz eſt? Nō puto me inquit oīa neſcire. Potes ne inquā nobis dicere aliq̄d eorum que noſti. Poſſum inquit. Niſi moleſtū eſt inquā ꝓfer aliquid. Et cū dubitaret: ſcis ne inq̄ȝ ſaltim te viuere. Scio inquit. Scis ergo te habere vitā. Siq̄dē viuere nemo niſi vita poteſt. Et hoc inquit ſcio. Scis etiā corpus te habere. Aſſentiebat̄. Ergo iam ſcis te cōſtare ex corpore et vita. Scio interim: ſed vtrū hec ſola ſint: incertꝰ ſum. Ergo duo iſta inquā eſſe nō dubitas corpus et animā. ſed incertus es vtrū ſit aliud qđ ad complēdū ac ꝑficiendū hominē valet. Ita inquit. Hoc quale ſit: alias ſi poſſumꝰ: q̄remus inquā. Nunc illud iam ex omnibus quero: cū fateamur cūcti: neq̧ ſine corpore: neq̧ ſine anima eſſe poſſe hominē: cibos ꝓpter quid horū appetamus? Propter corpus inq̄t licentiꝰ. Ceteri autem cunctabant̄: varioq̧ ſermōe inter ſe agebant quō poſſet ꝓpter corpus cibus neceſſarius videri: cū appeteret̄ ꝓpter vitam: et vita nō niſi ad animaz ꝑtineret? Tum ego videt̄ inquā vobis ad eā partem cibū ꝑtinere quā cibo creſcere robuſtioremq̧ fieri videmus. Aſſentiebant̄ preter trigetiū. Ait enim. Cur ergo ꝓ edacitate mea nō creui. Modū inq̄ȝ ſuū a natura conſtitutū habēt omnia corpa: vltra quā menſurā ꝓgredi nequeāt. tamē ea menſura minora eſſent ſi eis alimenta defuiſſent. Quod et in pecorib⁊ facilius animaduertimus. Et nemo dubitat cibis ſubtractis oīm animātiū corpa macreſcere. Macreſcere inq̄t licentius nō decreſcere. Satis eſt mihi inq̄m ad id qđ volo. Et enī queſtio eſt. Utrū ad corpꝰ cibus ꝑtineat: ꝑtinet autē: cū eo ſubducto ad maciē deducit̄. Omēs ita eſſe cēſuerunt. Quid ergo aīa inquā: nulla nē habet alimēta ꝓpria. An eiꝰ eſca ſcientia vobis videt̄. Plane inq̄t mater. nulla rē alia credo ali animā q̄ȝ intellectu rerū atq̧ ſciētia. De qua ſentētia cū trigetiꝰ dubiū ſe oſtēderet. hodie inq̄t illa tuiſē nōne docuiſti: vn̄ aut vbi aīa paſcat̄. Nam poſt aliq̄ntā prādij partē te dixiſti nō aduertiſſe: quo vaſculo vteremur qꝛ alia neſcio q̄ cogitaſſes: nec tn̄ ab iſta ciboꝝ parte abſtinueras manus atq̧ morſus. vbi igit̄ erat animꝰ tuꝰ: quo tēpore illō te veſcēte nō attēdebat. Inde mihi crede: ⁊ talibus epulis animꝰ paſcit̄. i. theorijs et cogitatiōib⁊ ſuis: ſi ſup eas aliq̄d ꝑcipe poſſit. De qua re cū dubitātēr ſtreperēt. nōne inq̄m cōceditis homīnū doctiſſimorū animos multo eſſe q̄ȝ imperitorū quaſi in ſuo genere pleniores atq̧ maiores? Manifeſtū eſſe dixerūt. Recte igit̄ dicimꝰ eorū animos: qui nullis diſciplinis eruditi ſunt. nihilq̧ bonaꝝ artium hauſerūt: ieiunos et quaſi famelicos eē. Plenos inquit trigetiꝰ et illoꝝ animos eſſe arbitror: ſed vicijs atq̧ neq̄cia. Iſta ipa eſt inquā crede mihi quedā ſterilitas ⁊ quaſi fames animoꝝ. Nam quēadmodū corpꝰ detracto cibo plerūq̧ morbis atq̧ ſcabie replet̄: que ī eo vicia indicāt famē. ita et illorū animi pleni ſunt morbis quibus ſua ieiunia cōfitent̄. Et enī ipam nequiciā matrē omniū viciorū ex eo qꝛ nec quicq̧ ſit. id eſt ex eo qꝛ nihil ſit: veteres dictā eſſe voluerūt. Cui vicio q̄ contraria virtus eſt: frugalitas nominatur. Ut igitur hec a fruge. id ē a fructu: propter quandā animorū fecunditatez: ita illa ab ſterilitate: hoc eſt: a nihilo neq̄cia nominata eſt. nihil eſt eniz omne qđ fluit: qđ ſoluit̄: qđ liqueſcit: ⁊ q̄ſi ſp perit. Idō tales hoīes etiā ꝑditos dicimꝰ. Eſt aūt aliq̄d ſi manet: ſi ꝯſtat: ſi ſp tale ē. vt ē virtus cuiꝰ magna ps eſt atq̧ pulcerrima: q̄ tēperātia et frugalitas dicit̄. Sed ſi h̄ obſcurū eſt: q̄ȝ vt id iam vos videre poſſitis. certe illud cōceditis: qꝛ ſi animi imi/

peritoꝝ etiā ipi pleni ſunt: vt corporiꝫ
ita animoꝝ duo alimentoꝝ genera inue
niunt. vnū ſalubre atqꝫ vtile. alteꝝ mor/
bidū atqꝫ peſtiferū. Que cū ita ſint arbi
tror die natali meo: quoniaꝫ duo media
eſſe in homīe cōuenit: inter nos. id ē cor/
pus atqꝫ animā. nō me prādiū paulo la/
tius corpibꝫ nr̄is ſolū: ſed ⁊ animis etiā
exhibere debere. Q, autē hoc ſit prādiū
ſi eſuritis pferā. Nā ſi vos inuitos ⁊ faſti
dientes alere conabor. fruſtra operā con
ſumā: magiſqꝫ vota faciēda ſunt. vt ta/
les epulas poti⁹ qꝫ illas corpis deſidere
tis. Quod eueniet ſi ſani animi vr̄i fue/
rint. Egri eni ſicut in morbis ipius cor
poris videm⁹: cibos ſuos recuſant ⁊ re/
ſpuūt. Omnes ſe vultu ipo ⁊ cōſentiēte
voce quicqd pparaſſem iā ſumere ac vo
rare velle dixerūt. Atqꝫ ego rurſus exor
diēs beatos eſſe nos volum⁹ inqꝫ. Vix
hoc effuderā: occurrerūt vna voce cōſen
tientes. Videt ne vobis inquā beat⁹ eſ/
ſe qui quod vult nō habꝫ. Negauerunt.
Quid oīs q quod vult habet beatus
eſt. Tum mater ſi bona inqt velit ⁊ habe
at beat⁹ eſt. Si autē mala velit: qꝫuis ha
beat miſer eſt. Cui ego arridēs atqꝫ ge/
ſtiēs: ipam inqꝫ prorſus mater arcē phi/
loſophie tenuiſti. Nā tibi pculdubio v̄
ba defuerūt: vt nō ſicut tullius te modo
panderes: cui⁹ de hac ſentētia verba iſta
ſunt. Nam in hortēſio. quē de laude ac
defenſiōe philoſophie librū fecit. Ecce
autē ait. Non philoſophi quidē: ſꝫ pm
pti tamē ad diſputādū: omnes aiunt eſſe
beatos qui viuāt vt ipi velint. Falſuꝫ id
quidē. Velle eni quod n̄ deceat idē ipm
miſerrimū. Nec tam miſerū eſt nō adipi
ſci quod velis: qꝫ adipiſci velle quod nō
oporteat. Plus eni mali prauitas volū
tatis affert: qꝫ fortuna cuiqꝫ boni. In q/
bus verbis illa ſic exclamabat: vt obliti
penitus ſexus ei⁹: magnū aliquē viꝝ cō
ſidere nobiſcū crederem⁹: me interi qn/
tum poterā intelligēte ex quo illa ⁊ qꝫ di
uino fonte manaret. Et licenti⁹. Sꝫ di
cendū inquit tibi eſt: vt beat⁹ ſit quiſqꝫ
quid velle debeat: et quarū reꝝ eū opor
teat habere deſideriū. Inuita me inquā

natali tuo quādo dignaberiſ. quicqd ap
poſueris libēter ſumā. Qua conditōne
hodie apud me vt epuleris peto: nec fla
gites qd fortaſſe nō eſt paratū. Quē cuꝫ
modeſte ac verecūde cōmonitōis ſue pe
niteret. ergo illud inqꝫ cōuenit inter nos:
necqꝫ quēqꝫ beatū eſſe poſſe qui qd vult
nō habet beatū nō eſſe dederūt. Quid il
lud inqꝫ cōcēditis: omnē qui beat⁹ nō ē
miſerū eſſe. Nō dubitauerūt. Omīs igi
tur inquā qui quod vult nō habet miſer
eſt. Placuit omnibꝫ. Quid ergo ſibi hō
cōparare debet vt beatus ſit inqꝫ. For/
te enim etiā hoc iſti noſtro cōuiuio ſub
miniſtrabit. ne licentij auiditas negliga
tur. nā id opinor ei cōparandū eſt: quod
cū vult habet. Manifeſtū eſſe dixerunt.
Id ergo inquā ſemp manēs: nec ex for/
tuna pendulū: nec vllis ſubiectū caſibuſ
eſſe debet. Nam quicqd mortale ⁊ cadu
cū eſt nō poteſt a nobis quādo volum⁹:
et qꝫdiu volumus haberi. Aſſentiebant
oēs. Sed trigeti⁹: ſunt inquit multi
fortunati: qui eas ipas res fragiles caſi/
buſqꝫ ſubiectas: tamē iocūdas pro hac
vita cumulate largeqꝫ poſſideāt. nec quic
qꝫ illis eorū que volunt deſit. Cui ego.
Qui timet inquā: videt ne tibi beat⁹ eſ/
ſe. Non videt inquit. Ergo qd amat q ſ
qꝫ. ſi amittere poteſt: pōt ne non timere.
Nō poteſt inquit. Amitti autē poſſunt
illa fortuita. nō igit hec qui amat et poſ
ſidet. poteſt vllo mō beatus eſſe. Nihil
repugnauit. Hoc loco autē mater. etiaꝫ
ſi ſecurus ſit inquit ea ſe oīa nō eſſe a/
miſſurū: tamē talibꝫ ſatiari non poterit.
Ergo et eo miſer quo ſemp eſt indigēs.
Cui ego. Quid inqꝫ his omnibꝫ abun/
dās rebus atqꝫ circūfluēs: ſi cupiēdi mo
dum ſibi ſtatuat: eiſqꝫ cōtētus: decenter
iocundeqꝫ pfruatur: nōne tibi videt bea
tus. Non ergo inqt illis rebus: ſed ani/
mi ſui moderatōe beat⁹ eſt. Optime in/
quā: nec huic interrogatōi aliud: nec abſ
te aliud debuit reſpōderi. Ergo nullo mo
do dubitamus ſi qs beatus eſſe ſtatuit:
id eū ſibi comparare debere qd ſemper
manet: nec vlla ſeuiēte fortuna eripi pōt
Hoc inqt trigetius iam dudū conſenſi/

m⁹. Deus inꝗ nobis eternus et ſemꝑ
manēs videt. Hoc quidē inq̄t licentius
ita certũ eſt vt interrogatõe nõ egeret.
ceteriq; oĩes pia deuotõe cõcinuerũt.
Deũ igit inꝗ qui habet beatus eſt. Qđ
cũ gaudētes libētiſſime accepiſſent: nihil
ergo inquã nobis iã querendũ arbitror
eſſe: niſi quis hominũ habeat deũ. beat⁹
enĩ profecto is erit. De quo quero quid
vobis videat. Hic licenti⁹. Deum ha/
bet q̄ bene viuit. Trigetius. Deũ habet
inquit qui facit que de⁹ vult fieri. In cu
ius ſentētiã laſtidian⁹ cõceſſit. Puer an
tē ille minim⁹ omniũ: is habet deũ ait:
qui ſpiritũ immũdũ ñ habz. Mater ve
ro omnia: ſed hoc maxime approbauit.
Nauigius tacebat. Quē cũ interrogaſ/
ſem quid ſentiret: illud vltimũ ſibi place
re reſpõdit. Nec ruſticũ viſum ē neglig̃ē
dum percõtari. que nã eſſet de re tãta ei⁹
ſentētia. Qui mihi videbat q nõ delibe
ratõne magis ꝗ pudore impedit⁹ ſile/
ret: trigetio cõſenſit. Tum ego. teneo in
ꝗ omniũ placita de re magna ſane. et vl
tra ꝗ nec queri quidē oportz: nec inueni
ri poteſt. ſi mõ eam vti cepim⁹ ſereniſſi/
me ac ſinceriſſime inueſtigem⁹. Qđ ho/
die quia longũ eſt. et habēt in epulis ſu
is et animi quandã luxuriē: ſi vltra mo
dũ in eas et voraciter irruãt. Ita enĩ ma
le quodãmodo digerũt vnde valitudini
mentiũ nõ minus ꝗ ab illa ipa fame me
tuendũ eſt. Meli⁹ nos hec queſtio cras
eſurientes ſi videt accipiet. Illđ mõ libē
ter liguriatis nolo quod ſubito mihi mĩ
ſtratori veſtro in mentē ſuggeſtũ eſt: in
ferendũ: et eſt ni fallor: qualia ſolent vlti
ma apponi: quaſi ſcolaſtico melle confe
ctũ atq; conditũ. Quo audito ſeſe oĩes
quaſi in allatũ ferculũ tetenderũt: coege
runtq; vt dicere pperarē quid id nam eſ
ſet. Quid inquã putatis: niſi cũ achade
micis totũ quod ſuſceperam⁹ confectũ
eſſe negociũ. Quo accepto nomie: tres il
li quib; res nota erat: ſeſe erexerũt alacri
us. et velut porrectis: vt fit: manib; īfe
rentē miniſtrũ adiuuerũt quib; potue/
runt verbis nihil ſe iocũdi⁹ audituros
eſſe mõſtrantes. Tum ego ita rē pꝓpoſui

Si manifeſtũ eſt inꝗ beatũ nõ eſſe: qui
quod vult nõ habet: quod paulo añ ra
tio demõſtrauit: nemo autē querit quod
inuenire nõ vult: et querũt illi ſemꝑ ve
ritatē. Volũt ergo inuenire: volũt igit
habere inuentionē veritatis ⁊ nõ inueni
unt: ſequit eos nõ habere qđ volunt: et
ex eo ſequit etiã beatos nõ eſſe. At nemo
ſapiens niſi beat⁹. Sapiēs igit achade
micus nõ eſt. Hic repēte illi: quaſi totũ
rapientes exclamauerũt. Sed licētius
attenti⁹ et cautius aduertēs timuit aſ/
ſenſionē: atq; ſubiecit. Rapui quidē vo
biſcũ. ſiquidē exclamaui illa cõcluſione
cõmotus. ſed nihil hinc admittã in vi
ſcera: ⁊ partē meã ſeruabo alipio. Nam
aut ſimul eã mecũ lambet: aut me admo
nebit cur ñ oporteat attigere. Dulcia in
ꝗ magis metuere nauigi⁹ deberet ſple
ne vicioſo. Hic ille arridens. plane inq̄t
me talia ſanabũt. Naz neſcio quomodo
cõtortũ hoc et aculeatũ: qđ poſuiſti: vt
ait ille de melle hymetio. Acriter dulce ē
nihilq; inflat viſcera. Quare totũ etiam
palato aliq̄ntũ remorſo: tamē vt poſſuz
libētiſſime in medullas traiicio. Nõ enĩ
video quomodo redargui poſſit iſta cõ/
cluſio. Prorſus nullo mõ poteſt inq̄t tre
getius. Quare gaudeo iã diu cũ illis me
inimicicias ſuſcepiſſe. Nã neſcio q̄ impel
lēte natura: vel vt verius dicã deo: etiaz
neſciēs quomodo refellēdi eſſent: tamen
eis nimis aduerſabar. Hinc licentius.
Ego inq̄t illos nondũ deſero. Ergo ait
trigetius. Diſſentis a nobis? nũquid nã
ille inquit: vos ab alipio diſſentitis. Cui
ego: nõ dubito inquã q̄n ſi adeſſet alipi
us: huic ratiũcule cederet. Non enĩ tam
abſurde ſentire poterat: vt aut btũs illi
videret: qui tantũ bonũ animi qđ ardē/
tiſſime vellet habere nõ haberet: aut il/
los nolle inuenire veritatē. aut eum qui
beatus nõ ſit eſſe ſapientē. Nã his trib;
quaſi melle farre atq; nucleis illđ quod
metuis guſtare cõfectũ ē. Ille inquit ne
huic tã parue puerorũ illecebre cederet
achademicorũ tãta vbertate diſerta: quã
inundante hoc neſcio q̄d breue aut ob/
ruet: aut ptrahet. Quaſi vero inꝗ lõgũ

aliquid nos q̄ramus: p̄ſertim aduerſus
alipiū. Nā nō mediocrit̄ parua iſta eſſe
fortia et vtilia ſatis ſibi iṗe de ſuo corpe
argumentaret̄. Tu aūt ꝙ elegiſti de abſē
tis autoritate pēdere: q̄d hoꝝ nō ꝓbas:
vtꝝ beatū nō eſſe ꝙ qḋ vult nō habꝫ: an
illos negas velle habere inuētā v̄itatē:
quā vehemēter īquirūt. au videt̄ tibi q̄ſ/
ꝗ ſapiēs nō beatꝰ? Proſus btūs eſt in/
quit: ꝙ qḋ vult nō habꝫ: q̄ſi ſtomachāter
arridens. Qḋ cū iuberē vt ſcriberet̄: non
dixi inq̄t exclamās. Qḋ itē cū annuerē
ſcribi: dixi inq̄t. Atꝫ ego ſemel p̄ceperā
vt nullū v̄bū p̄ter lr̄as funderet. Ita a/
doleſcentē inter v̄ecundiā atꝫ ꝯſtantiā
exagitatū tenebā. Sꝫ cū his v̄bis eum
iocātes: q̄ſi ad veſcendā particulā ſuā ꝓ
uocaremꝰ: animaduerti ceteros rei totiꝰ
ignaros: ⁊ ſcire cupiētes q̄d inter nos ſo
los tam iocūde ageret̄. ſine riſu nos intu
eri. Qui mihi ꝑſus ſil'eſ viſi ſunt: quod
plerūꝫ ſolet his qui cū epulant̄ int̄ aui/
diſſimos rapaciſſimoſꝫ cōuiuas a rapi
endo vel ḡuitate ſeſe abſtinēt vel pudo/
re terrent̄. Et qꝛ ego inuitauerā: ⁊ magni
cuiuſdā hoīs pſonā atꝫ vt totū explicē
veri hoīs etiā in illis epulis inuitatorē
alias pſonā gerebā. Suſtinere nō potui
Cōmouitꝫ me illa ineq̄litas mēſe nr̄e ⁊
diſcrepātia. Arriſi matri. Atꝫ illa liber
rime qḋ minus habebāt: q̄ſi de ſuo cella
rio ꝓpinandū imperās. iā dic nobis in/
quit qui ſint iſti achademici: ⁊ q̄d ſibi ve
lint. Cui breuiter cū expoſuiſſem aptꝫ
ita vt nemo illorū ignarꝰ abſcederet. iſti
homines inq̄t caducarij ſunt: quo noīe
vulgo apud nos vocant̄: q̄s comitialis
morbꝰ ſubuertit. Et ſil' ſurrexit vt abi/
ret. atꝫ hic oēs leti interpoſito fine diſ/
ceſſimus.

Incipit ſecūde diei diſputatio.

## Poſtridie autē

cū itē poſt prādiū: ſꝫ aliq̄to q̄
pridie ſeriꝰ: ijdē ibidēꝫ ꝯſediſ
ſemus. tarde inq̄ veniſtis ad cōuiuium
qḋ vobis n̄ cruditate accidiſſe arbitror:
ſed paucitatis ferculorū ſecuritate: qḋ n̄
tā mature aggrediēdū viſum ē. qḋ cito
vos eſuros putaſtis. Non multū eni
reliquiaꝝ credēdū erat remāſiſſe: vbi die
iṗo atꝫ ſolēnitate tā exiguū reptū erat.
Fortaſſe recte. Sed q̄d vobis p̄paratum
ſit: ego quoꝫ vobiſcū neſcio. Aliꝰ eſt eī
ꝙ omnibꝰ tū vl' cōmunes tū maxime ta/
les epulas p̄bere non ceſſat. Sꝫ nos ab
edēdo: vl' imbecillitate: vl' ſaturitate: vl'
negocio plerūꝫ ceſſamꝰ. quē manētē in
hoībꝰ btōs eos facere: inter nos heri ꝯ ni
ſi fallor pie ꝯſtāterꝫ ꝯuenerat. Nā cum
rō demōſtraſſet eū beatū eſſe: ꝙ deū ha/
beret. nec huic q̄ſq̄ veſtꝝ ſentētie reſtitiſ
ſet: q̄ſitū eſt q̄nā vobis videret̄ deū ha/
bere. De qua re ſi bene memī: tres ſentē/
tie dicte ſunt. Nam partim placuit deū
habere illū ꝙ ea faceret q̄ deꝰ vellꝫ. Qui
dam aūt dixerāt ꝙ is deū haberet: ꝙ be/
ne viueret. Reliquis vero ī eis deꝰ eē vi
ſus eſt: in q̄bꝰ qui appellat̄ immūdꝰ ſpi/
ritus nō eſt. Sed fortaſſe oēs diuerſ v̄/
bis vnū idēꝫ ſenſiſtis. Nam ſi duo pri
ma cōſideremꝰ: et oīs ꝙ bn̄ viuit ea facit
q̄ vult deꝰ. et oīs ꝙ ea facit q̄ vult deꝰ bn̄
viuit. nec q̄cq̄ eſt aliḋ bn̄ viuere: ꝗ ea fa
cere q̄ deo placeāt: niſi q̄d vobis aliḋ vi
det̄. Aſſentiebant̄. Terciū v̄o illud pau/
lo diligentiꝰ cōſiderādū eſt: ꝓpterea ꝙ ritu
caſtiſſimoꝝ ſacroꝝ ꝗ ſpirituū: ſpūs im
mūdus q̄ntū intelligo: duobꝰ modis ap
pellari ſolet. vel ille ꝙ extrinſecꝰ animā
inuadit: ſenſuſꝫ ꝯturbat: ⁊ q̄ndā hoībꝰ
infert furorē. cui excludēdo ꝙ p̄ſunt ma
nū imponere vl' exorcizare dicunt̄. h̄ eſt.
ꝑ diuina eū adiurādo expellere. Alit̄ au
tem dicit̄ ſpūs immundus: oīs omnino
aīa immūda. qḋ nihil ē aliḋ ꝗ vicijs ⁊ er
roribꝰ inq̄nata. Itaꝫ abs te q̄ro: tu pu
er: qui fortaſſe aliq̄nto ſereniore ac pur/
gatiori ſpiritu iſtā ſentētiā ꝓtuliſti. ꝙ ti/
bi videat̄ immūdū ſpiritū nō habere Il
le ne ꝙ demonē nō habꝫ: quo veſani ho/
mines fieri ſolēt: an ille ꝙ aīaꝫ ſuā iam a
vicijs oībuſꝫ peccatis mūdauit? Is mi
hi videt̄ inq̄t immundū ſpiritū nō habe
re ꝙ caſte viuit. Sed caſtū inquā quem
vocas? eū ne ꝙ nihil peccat: an eū tantū
ꝙ ab illicito cōcubitu tēperat? Quō in/
q̄t caſtꝰ p̄t eē ꝙ ab illicito tātū cōcubitu

abſtinēs ſeſe ceteris peccatis nō deſinit inq̄nari. Ille eſt ỽe caſt⁹: q̄ deū attēdit: ⁊ ad ipm ſolū ſe tenz. Que ỽba pueri ſicut dicta erāt: cū ↄſcribi mihi placuiſſet: is q̄ inq̄m neceſſe eſt vt bn̄ viuat: et q̄ bene viuit neceſſario tal' eſt: niſi q̄d tibi aliđ videt'. Cōſenſit cū ceteris. Ergo vna ē hic inquam dicta ſentētia. Sed illud a vob paululū quero: velit ne de⁹ vt hō deū q̄rat: Dederūt. Itē q̄ro. Nunq̄dnam poſſum⁹ dicere. illū q̄ deū q̄rit male viuere: Nullo mō dixerūt. Etiā h̄ tercīū reſpōdete. Spūs immūd⁹ pt ne deum q̄rere: Negabant: aliq̄ntū dubitāte nauigio. q̄ poſtea ceteroꝝ vocib⁹ ceſſit. Si igit' inquā q̄ deū q̄rit id facit qđ de⁹ vult ⁊ bn̄ viuit: et ſpiritū imūdū nō hz. q̄ aūt deū q̄rit nōdū habz deū. Nō igit' q̄ſquis aut bene viuit: aut qđ vult de⁹ facit: aut ſpiritū immūdū nō habz: cōtinuo deū habere dicend⁹ eſt. Hic cū ſe ceteri ↄceſſionib⁹ ſuis ↄceptos riderēt. poſtulauit mr̄ eū diu ſtupida fuiſſz: vt ei hoc ipz qđ cōcluſionis neceſſitate ītorte dixerā explicādo relaxare atq; ſoluerē. Quod cū factum eſſet: ſz nemo inq̄t pt puenire ad deum: niſi deū q̄ſierit. Optime inq̄. Tn̄ q̄ adhuc q̄rit nōdū ad deū puenit etiam ſi bene viuit. Nō igit' q̄ſq; bn̄ viuit deum habz. Mihi inq̄t videt' deū nemo nō habere. ſz eū q̄ bn̄ viuit: habz ppiciū: q̄ male: infeſtū. Male igit' inquā heſterno die cōceſſim⁹ eū btm̄ eſſe q̄ deū habet. Siq̄dem oīs hō deū habet: nec tn̄ oīs homo beatus eſt. Adde ḡ inquit ppicium Saltim inquā hoc inter nos ↄſtat ſatis eū beatū eſſe q̄ habet ppiciū deū. Uellē inquit nauigi⁹ cōſentire. Sed illū vere oꝛ q̄ adhuc q̄rit pſertim ne cōcludas beatū eſſe achademicū: q̄ externo ſermone vulgari q̄dem ⁊ male latino: ſz aptiſſimo ſane vt mihi videt' ỽbo caducari⁹ nominatus ē. Non enī poſſum dicere homini deū q̄renti aduerſum deū eſſe: qđ ſi dici nefas eſt. propici⁹ erit ⁊ q̄ ppiciū deū habet btūs eſt. Btūs ergo erit ille q̄ querit Omnis autē q̄rens nōdū habz qđ vult Erit igit' btūs homo qui qđ vult non habet: quod heri nobis oīb⁹ videbat' abſurdū. vnde credebam⁹ achademicoꝝ tenebras eſſe diſcuſſas. Quare iā de nobiſ licētius triūphabit. mihiq; illa dulcia que cōtra valitudinē meā temere accepi has de me penas exigere: q̄ſi prudēs medicus admonebit. Hic cū etiā mater arriſiſſet. ego inq̄t trigeti⁹. nō cōcedo continuo deū aduerſari cui nō ſit ppici⁹. ſed eē aliq̄d mediū puto. Cui ego. iſtū tamē hominē inquā mediū. cui nec de⁹ ppici⁹. eſt nec infeſtus: deū quō habere cōcediſ. Hic cū ille cūctaret'. aliud eſt inq̄t mater deū habere: aliud nō eſſe ſine deo. Quid ergo inquā meli⁹ eſt: vtrū habere deum: an nō eſſe ſine deo: Quantū inq̄t poſſum intelligere: iſta eſt ſentētia mea. Qui bene viuit habet deū: ſz ppiciū. qui male habet deū ſed aduerſū. Qui autē adhuc q̄rit nondūq; iuenit: neq; ppiciū neq; aduerſum: ſed nō eſt ſine deo. Hec ne inq̄ veſtra etiā ſentētia eſt: Hanc eſſe dixerūt. Dicite mihi queſo inq̄. Non vobis videt' eſſe homini de⁹ ppici⁹ cui fauet: Eſſe conſeſſi ſunt. Non ergo inq̄ fauet deus quereti ſeſe homini: Reſpōderūt fauet. Habet igit' inquā q̄ deū q̄rit deū ppiciū: et omnis q̄ habz deū ppiciū: btūs eſt. Beatus eſt ergo ⁊ ille q̄ q̄rit. Qui autem querit nōdū habz quod vult. Erit igitur btūs qui qđ vult non habz. Prorſus inquit mater. nō mihi videt' beatus eſſe qui qđ vult nō habet. Ergo inq̄ nō omnis qui habz deū ppiciū btūs ē. Si hoc cogit ratio inq̄t nō poſſum negare. Iſta igit' inq̄ diſtributio erit: vt omis q̄ iam deū inuenit: ⁊ ppiciū deū habeat: et btūs ſit. omnis autē qui deū querit propiciū deū habeat: ſed nōdū ſit btūs. Iā ỽo quiſq; vicijs atq; peccatis a deo ſe alienat. nō modo btūs nō ſit. ſed ne deo quidem viuat ppicio. Quod cū placuiſſet omnib⁹: bene habet inquā. ſed adhuc illud vereoꝛ: ne vos moueat quod iā ſuperius cōceſſeramus miſerū eſſe quiſq; beatus nō ſit. cui conſequens erit eē miſerū hominē: qui ppiciū tenet deū: quez adhuc deū querentē nondū diximus eē beatum. An vero quod ait Tulli⁹. multoꝛū in terris prediorū dominos diuiteſ

cōclusio

appellamus: omniũ virtutũ poſſeſſores
paupes nominabim⁹? Sz illð videte v/
trũ quõ veruz ẽ ꝙ oĩs egẽs miſer ſit: ita
ſit verũ ꝙ omnis miſer egeat. Ita enĩ e/
rit verũ nihil alið eẽ miſeriã ꝙ̃ egeſtatẽ.
qð me nunc cũ dicerer laudare ſenſiſtis.
Hoc autẽ hodie longũ eſt: vt queram⁹:
quare peto: ne faſtidio vobis ſit ad iſtaz
menſam cras etiã cõuenire. Qð cũ oẽs
ſe libẽtiſſime habere dixiſſẽt ſurreximꝰ.

Incipit diſputatio tercie diei

# Ercius autẽ di

es diſputatõis noſtre matuti/
nas nubes: que nos cogebãt ĩ
balneas diſſipauit: tempuſqꝫ ꝓmeridia
nũ candidiſſimũ reddidit. Placuit ergo
in pratuli ꝓpinqua deſcẽdere: atqꝫ oibꝫ
nobis vbi cõmodũ viſum eſt cõſidẽtibꝫ
reliquus ita ſermo pactus eſt. Oĩa pene
inq̃m que interrogãti mihi cõcedi a vo/
bis volui habeo ac teneo. quare hodier/
no die quo poſſim⁹ tandẽ hoc noſtrum
cõuiuiũ aliq̃ interuallo dierũ diſtingue/
re: aut nihil: aut nõ multũ erit vt opinor
qð mihi vos reſpondere neceſſe ſit. Di/
ctũ enim erat a matre nihil aliud eſſe mi/
ſeriã ꝙ̃ egeſtatẽ: cõuenitqꝫ inter nos oẽs
qui egeant miſeros eſſe. Sed vtrũ oẽs
etiã miſeri egeãt: nõ nulla queſtio ẽ. quã
heſterno die nõ potuim⁹ explicare. Hoc
autẽ ita ſe habere: ſi ratio demõſtrauerit
ꝑfectiſſime inuentũ eſt qui ſit beatus: erit
enim ille q̃ nõ eget. Omnis enĩ nõ miſer
beatus eſt. Beatꝰ eſt ergo qui egeſtate ca
ret: ſi quã dicim⁹ egeſtatẽ: eandẽ miſeriã
eſſe ꝯſtiterit. Quid enĩ ait Trigeti⁹ non
poteſt ex eo iã confici omnẽ nõ egentem
beatũ eſſe: quo manifeſtũ eſt: omnẽ q̃ ege
at eſſe miſerũ? Nam ꝯceſſiſſe nos memi/
ni nihil eſſe mediũ inter miſerũ ⁊ beatũ.
Aliquid ne inq̃ꝫ inter mortuũ ⁊ viuuz ti
bi mediũ videt̃ eſſe? Nõne oĩs hõ aut
viuus aut mortuus eſt? Fateor inq̃t: ne
qꝫ hic eſſe aliq̃d mediũ. Sed q̃rſũ iſtud?
Quia inquã etiã iſtð te fateri credo. oẽz
qui ante annũ ſepultus eſt: eſſe mortuũ.
Non negabat. Quid oĩs qui ante annũ
ſepultus nõ eſt viuit? Nõ ait ſequit̃. Er
go inquã nõ ſequit̃ vt ſi oĩs q̃ eget mi
ſer eſt: omnis q̃ nõ eget ſit beat⁹. Quam
uis inter miſerũ et beatũ vt inter viuum
⁊ mortuũ mediũ nihil inueniri q̃at. Qð
cũ aliqui eorũ paulo tardius intellexiſ/
ſent: me id quibꝫ potui ṽbis ad eorũ ſen
ſum accõmodatis apiente atqꝫ ṽſante. g̃
inquã miſerũ eſſe omnẽ q̃ egeat dubitat
nemo. nec nos terrẽt quedã ſapiẽtiũ cor/
pori neceſſaria. Non enĩ eis eget ipe ani/
mus in q̃ poſita eſt vita beata. Ipe enĩz
ꝑfectus eſt. nullus aũt ꝑfectus aliq̃ eget.
⁊ qð videt̃ corpi neceſſariũ ſumet: ſi affu
erit: ſi nõ affuerit: nõ eũ iſtarꝫ rerꝫ franget
inopia. Omnis nãqꝫ ſapiẽs fortis ẽ: nul
lus autẽ fortis aliq̃d metuit. Nõ igitur
metuit ſapiẽs: aut mortẽ corpis: aut do
lores: quibꝫ pellẽdis vl̃ vitandis vl̃ dif/
ferendis ſunt neceſſaria illa. quorꝫ ei põt
cõtingere inopia. Sed tamẽ non deſinit
eis bene vti ſi ipa nõ deſunt. Veriſſima
eſt enĩ illa ſentẽtia. Nã tu qð vitare poſ/
ſis ſtultũ admittere ẽ. Vitabit ergo mor
tẽ ac dolorẽ quantũ poteſt et quãtũ de/
cet. ne ſi minime vitauerit: ñ ex eo miſer
ſit: qꝛ hec accidũt. ſed quia vitare cũ poſ
ſet noluit: qð manifeſtũ ſtulticie ſignũ ẽ.
Erit ergo iſta nõ vitãs: nõ earũ rerꝫ per
peſſiõe: ſed ſtulticia miſer. Si autẽ non
valuerit vitare: cum id ſedulo ac decẽter
egerit: nõ eum iſta irreuerẽtia miſerꝫ faci
ent. Etenĩ et illa eiuſdẽ comici ſententia
nõ minus vera eſt. quoniã nõ p̃t id fieri
quod vis: id velis qð poſſis. Quomo/
do erit miſer: cui nihil accidit p̃ter volũ
tatem. Quia qð ſibi videt nõ poſſe ꝓue
nire: nõ poteſt velle. Habet enĩ rerũ cer/
tiſſimarũ voluntatez. id eſt vt q̃cq̃d agit
non agat: niſi ex virtutis quodã p̃ſcpto
⁊ diuĩa lege ſapiẽtie: que nullo ab eo pa
cto eripi poſſunt. Iã nunc videte: vtruz
etiã omnis q̃ miſer eſt egeat. Nam huic
ſentẽtie cõcedende difficultatẽ illa res fa
cit. quod multi in magna fortunarꝫ rerũ
copia cõſtituti ſunt. quibꝫ ita facilia ſũt
omnia: vt ad eorꝫ nutũ p̃ſto ſit quicquid
cupiditas poſcit. Difficilis quidem iſta
vita eſt. Sed fingamus aliquem talem
qualem tulli⁹ fuiſſe dicit Oratã. Quis

enī facile dicat oratā egeſtate laboraſſe:
hominē ditiſſimū:amenuiſſimū: delicio/
ſiſſimū.cui neq₃ ad voluptatē q̄cq₃ dſu
it neq₃ ad grām:neq₃ ad bonā integrāq₃
valitudinē? Nā et p̄diis q̄ſtuoſiſſimis et
amicis iocūdiſſimis:q̄ntū libuit abūda
uit: ⁊ illis oīb₃ aptiſſime ad ſalutē cor/
pis vſus eſt.eiuſq₃ vt breuit̄ totū expli/
cem omne inſtitutū voluntateq₃ omnē₃
ſucceſſio pſpa cōſecuta ē.Sed fortaſſe ī
quiet aliq̄s veſtꝝ. Pl⁹ illū₃ q̄₃ habebat
habere voluiſſe. Hoc ignoram⁹. Sed
qd̄ ſatis eſt q̄ſtiōi faciam⁹ eū nō deſide/
raſſe ampli⁹ q̄₃ tenebat. Videt̄ne vobiſ
eguiſſe. Etiā ſi ↄcedā inq̄t licētius nihil
eū pl⁹ deſideraſſe.qd̄ in hoīe nō ſapiēte
neſcio quō accipiā.metuebat tn̄.erat enī
vt dicit̄ igenij nō mali:ne illa oīa ſibi vel
vno aduerſo īpetu raperent̄. Nō enī ma
gnū erat intelligere talia cūcta quātacū
q₃ eſſent eē ſub caſib₃ cōſtituta. Tū ego
arridēs:vides inq₃ licēti fortunatiſſimū
iſtū hominē a btā vita ingenij bonitate
impeditū.Quo enī erat acutior:eo vide/
bat illa omnia ſe poſſe amittere:quo me/
tu frangebat̄:illudq₃ vulgare ſatis aſſe/
rebat in fidem:hoīem malo ſuo eſſe cor/
datū. Hic cum ⁊ illi et ceteri arriſiſſent:
illud tn̄ inquā diligenti⁹ attendam⁹.qr
et ſi timuit iſte non eguit:vnde queſtio ē
Egere eſt enī in nō habēdo:nō in timore
amittendi que habeas. Erat aūt iſte mi
ſer qr metuebat:q̄₃uis nō egeret. Nō igi
tur oīs qui miſer eſt eget. Quod cum
approbauiſſet cū ceteris:etiā ip̄a cui⁹ ſē
tentiā defendebā aliq̄ntū tamē addubi/
tans.neſcio inquit tamē et nōdū plene ī
telligo quomō ab egeſtate poſſit miſeria
aut egeſtas a miſeria ſeparari. Nā ⁊ iſte
qui diues et locuples erat: ⁊ nihil vt di/
citis ampli⁹ deſiderabat:tamē qr metue
bat ne amitteret egebat ſapientia. Ergo
ne hūc egentē diceremꝰ ſi egeret argento
et pecunia.cū egeret ſapiētia:nō diceṁ⁹?
Ubi cū omnes mirādo exclamaſſēt:me
ip̄o etiā nō mediocriter alacri atq₃ leto:
qd̄ ab ea potiſſimū dictū eſſet:qd̄ ꝑ ma
gno de philoſophoꝝ libris:atq₃ vltimū
pferre parauerā:videtis ne inquā aliud
eſſe:multas variaſq₃ doctrinas:aliō ani
mū attentiſſimū in deū? Nam vnde iſta
q̄ miramur niſi inde ꝓcedūt? Hic licen/
tius letus exclamās:prorſus inq̄t nihil
verius:nihil diuini⁹ dici potuit. Nam
⁊ maior et miſerabilior egeſtas nulla eſt
q̄₃ egere ſapiētia. ⁊ q̄ ſapiētia nō eget nul
la re omino egere poteſt. Eſt ergo animi
egeſtas inq̄m nihil aliō q̄₃ ſtulticia. Hec
eſt enī cōtraria ſapiētie:et ita cōtraria vt
mors vite:vt̄ beata vita miſere:hoc eſt ſi
ne aliq̄ medio. Nā vt oīs nō btūs hō mi
ſer eſt:omniſq₃ hō nō mortuus viuit:ſic
omnē nō ſtultū manifeſtū eſt eē ſapiētē₃
Ex quo ⁊ illud iā licet dicere: nō ex eo tā
tū ſergiū oratā fuiſſe miſerū: q timebat
nē fortune illa munera amitteret: ſ₃ quia
ſtultus erat. Quo fit vt miſerior eſſ₃ ſi tā
pendulis mutātibuſq₃ his:q̄ bona pu/
tabat:nihil omino metuiſſ₃ Eſſet enī nō
fortitudīs excubijs:ſed mētis ſopore ſe/
curior:et altiore ſtulticia dmerſus miſer.
At ſi omīs qui caret ſapiētia magnā pa
titur egeſtatē:omniſq₃ ↄpos ſapiētie ni
hilo eget. ſequit̄ vt ſtulticia ſit egeſtas.
Ut autē omnis ſtult⁹ miſer:ita omīſ mi
ſer ſtultus eſt. Ergo vt oīs egeſtas miſe
ria:ita oīs miſeria egeſtas eſſe cōuincit̄.
Quā concluſionē trigetius cū ſe paruz
intellexiſſe diceret.quid inq₃ inter nos ra
tione cōuenit? Eum egere inquit qui et
ſapientiā nō habet Quid eſt ergo inquā
egere. Sapientiā inq̄t nō habere. Quid
eſt inquā ſapientiā nō habere? Hic cum
taceret.nōne hoc eſt inquā habere ſtulti
ciā? Hoc inquit. Nihil eſt ergo aliō inq₃
habere egeſtatē q̄₃ habere ſtulticia₃. Ex
quo iā neceſſe ē egeſtatē alio verbo noīa
ri quādo ſtulticia nominat̄. Quanq₃ ne/
ſcio quomodo dicam⁹.habet egeſtatem
aut habet ſtulticiā. Tale eſt enim ac ſi lo
cū aliquē qui lumine careat dicam⁹ ha/
bere tenebras:quod nihil eſt aliō q̄₃ lu/
men nō habere. Non enī tenebre quaſi
veniūt aut recedūt:ſed carere lumīe hoc
ip̄m eſt iā tenebroſum eſſe. vt carere ve/
ſte hoc eſt eſſe nudū. Non enī veſte acce/
dente veluti aliq̄ res mobilis nuditas fu
git. Sic ergo dicimus aliquem habere

egeſtatē:quaſi dicamꝰ habere nuditatē.
Egeſtas enī verbū eſt nō habēdi. Quā/
obrem vt qđ volo explicē ſic poſſuꝫ. ita
dicit̃:habꝫ egeſtatē. q̄ſi dicat̃. habꝫ n̄ ha
bere. Itaqꝫ ſi ſtulticiā ipſam verā ⁊ certā
egeſtatē eē monſtratū ē. vide iā queſtio/
nē quā ſuſceperamꝰ vtrū ſoluta ſit. Du/
bitabat̃ enī inter nos vtrū cū appellare
mꝰ miſeriā nihil aliud ꝙ̄ egeſtatē nomi/
naremꝰ. Dedimꝰ autē ratōeꝫ:recte ſtulti
ciā vocari egeſtatē. Sicut ergo et omniſ
ſtultus miſer:et oīs miſer ſtultꝰ ē. ita ne/
ceſſe eſt nō ſolū oēm q̇ egeat miſeꝝ:ſꝫ eti
am omnē q̇ miſer ſit egētē eē fateamur.
At ſi ex eo ꝙ et oīs ſtultꝰ miſer ē:⁊ oīſ mi
ſer ſtultꝰ ē: conficit̃ ſtulticiam eſſe miſe/
riā. cur nō ex eo qđ ⁊ q̇ſquis eget miſer:
⁊ q̇ſq̇s miſer ē egeat:nihil aliud miſeriā
ꝙ̄ egeſtatē eſſe cōſicimꝰ: Quod cū om̄eſ
ita eſſe faterent̃:illud iā inq̄ꝫ ſeq̇tur:vt vi
deamꝰ q̇s nō egeat. Is enī erit ſapiēs et
btūs. Egeſtas aūt ē ſtulticia: egeſtatiſqꝫ
nomē. Hoc antē v̄bū ſterilitatē quandā
⁊ inopiā ſolet ſignificare Attēdite queſo
altius:quāta cura priſcoꝝ hominū: ſine
omnia ſiue qđ manifeſtū ē quedā verba
creata ſunt earū rerū maxime quaꝝ erat
noticia pneceſſaria. Iam enī conceditis
omnē ſtultū egere:⁊ omnē q̇ egeat ſtultū
eſſe. Credo vos etiā cōcedere animū ſtul
tuꝫ eſſe vicioſum: oīaqꝫ animi vicia vno
ſtulticie nomine includi. Pr̄io autē die
huius diſputatōis nr̄e nequiciā dixera/
muſ eſſe ab eo dictā:ꝙ nec quicq̄ꝫ ſit: cui
ꝯtrariā frugalitatē a fruge fuiſſe nomīa/
tam. Ergo in his duob̵ cōtrariꝫ: hoc
ē frugalitate atqꝫ neq̇cia: illa duo videt̃
eminere:eſſe ⁊ nō eſſe. Egeſtati aūt de q̄
fit q̄ſtio:quid putamꝰ eē cōtrariū: Hic
cū aliquantū cunctarent̃. ſi dicā inq̇t tri
getius diuitias:video his paupꝫtatē eſſe
contrariā. Eſt q̇dem inquā vicinū. Naꝫ
paupꝫtas et egeſtas vnuꝫ atqꝫ idē accipi
ſolent. Tamē aliud v̄bū inueniēdū ē:ne
meliori parti deſit vnū vocabulū: vt cū
illa pars paupꝫtatis et egeſtatis nomine
abūdet:ex hac parte ſolū opponat̃ diui/
tiarū nomē. Nihil enī abſurdiꝰ ꝙ̄ vt hic
ſit egeſtas vocabuli:vbi eſt ꝯtraria parſ

egeſtati. Plenitudo inq̇t licentius ſi di/
ci pōt videt̃ mihi recte opponi egeſtati.
Poſtea inquā de verbo queramꝰ fortaſ/
ſe diligentiꝰ. Non enī hoc curādū ē in i/
quiſitōne veritatis. Quāuis enī ſaluſti
us electiſſimꝰ pēſatoꝛ verboꝝ egeſtati
oppoſuerit opulentiā: tamē accipio iſtā
plenitudinē. Nō enī nec grāmaticoꝝ h̄
formidine liberabimur: aut metuenduꝫ
ē ne ab eis caſtigemur:ꝙ incurioſe vti/
mur verbis. qui res ſuas nobis ad vtē/
duꝫ dederūt. Ubi cū arriſiſſent: ergo q̄
mētes vr̄as inquā:cū intenti eſtis ī deū:
velut quedā oracula: nō cōtemnere ſta/
tui. videamꝰ q̇d ſibi velit h̄ nomē. Nam
nullū accōmodatiꝰ eſſe arbitroꝛ veritati
Plenitudo igit̃ et egeſtas cōtraria ſunt.
at etiā hic ſimiliter: vt in nequicia ⁊ fru
galitate apparēt illa duo eſſe ⁊ nō eē. Et
ſi egeſtas ē ipſa ſtulticia: plenitudo erit ſa
piētia. Merito etiā virtutū omniū ma/
trē multi frugalitatē eſſe dixerūt. Quib̵
conſentiēs Tullius etiā in populari oꝛa
tōne ait. Ut volet quiſqꝫ accipiat. Ego
tamē frugalitatē id ē modeſtiā ⁊ tempe/
rātiā: virtutē eſſe maximā iudico. Proꝛ
ſus doctiſſime ac decētiſſime. Cōſidera
uit enī frugem id ē illud qđ eſſe dicimuſ:
cui eſt nō eſſe contrariū. Sed ꝓpter vul
garem loquēdi cōſuetudinē:q̄ frugalitaſ
quaſi parſimonia dici ſolet. duob̵ cōſe/
quentib̵ quid ſenſerit illuſtrauit: ſubiici
endo modeſtiā ⁊ temperātiā. Et hͨ duo
verba diligentiꝰ attendamus. Mode/
ſtia vtiqꝫ dicta eſt a modo: ⁊ a tēperie tē
perātia. Ubi autē modus ē atqꝫ tempe/
ries: nec plus ē quicq̄ꝫ nec minus. Ipſa
ē igit̃ plenitudo quam egeſtati cōtrari/
am poſueramus: multū meliꝰ ꝙ̄ ſi abun
dantiā poneremꝰ. In abūdantia enī itel
ligitur affluentia. ⁊ q̄ſi rei nimiū exupe/
rantis effuſio. Quod cū euenit vltra ꝙ̄
ſatis ē. etiam ibi deſiderat̃ modus ⁊ res
que nimia ē modo eget. Ergo nͨ ab ipſa
redūdantia egeſtaſ aliena ē. A modo aūt
⁊ plus ⁊ minus aliena ſunt. Ipſam enim
opulentiā ſi diſcutias: inuenies eā nihil
aliud tenere: ꝙ̄ modū. Nam non niſi ab
ope dicta eſt opulētia. quomodo autem

opitulat̄ q̄d nimiū ē: cū incōmodiꝰ ſit ſe
pe q̄ꝫ parꝫ? Quicq̄d igit̄ l' parū vł nimiū
eſt: q2 mō eget: obnoxiū eſt egeſtati. Mo
dus ergo animi ſapiētia eſt. Et cū ſapi
entia cōtraria ſtulticie nō negat̄. ꝛ ſtulti/
cia egeſtas. egeſtati aūt contraria pleni/
tudo. Sapiētia igit̄ plenitudo. In ple/
nitudine autē modus. Modꝰ igit̄ animi
in ſapiētia eſt. Vn̄ illud pclarū eſt ꝛ non
immerito diffamat̄ hoc pmū in vita eſſe
vtile: vt ne q̄d nimis. Dixeramꝰ aūt ī ex
ordio hodierne diſputatōis nr̄e: q̄ꝫ ſi inue
niremꝰ nihil aliō eſſe miſeriā q̄ꝫ egeſtatē
eū beatū eſſe fateremur qui n̄ egeret. Eſt
aūt inuentū. Ergo beatū eſſe nihil ē aliō
q̄ꝫ nō egere. hoc eſt eſſe ſapientē. Si aūt
tē queritis q̄d ſit ſapiā: iā ꝛ ipa rō q̄ntū
in pſentia potuit: et voluit atq̄ꝫ eruit. Ni
hil eſt enī aliud q̄ꝫ modꝰ animi. hoc ē: q̄
ſe animꝰ librat: vt neq̄ꝫ excurrat in nimi
um neq̄ꝫ infra q̄ꝫ plenū eſt coartet̄. Ex/
currit autē in luxurias: domiatōes: ſu/
pbias: ceteraq̄ꝫ id genus: quibꝫ īmode/
ratorū miſerorūq̄ꝫ animi ſibi leticias at
q̄ꝫ potērias cōparari putāt. Coartat̄ au
tē ſordibus: timoribꝫ. merore: cupidita/
te: atq̄ꝫ aliis queceq̄ꝫ ſunt q̄bꝫ hoies mi
ſeros etiā miſeri cōfitent̄. Cum vō ſapi
entiā contēplat̄ inuentā. cūq̄ꝫ vt huius
pueri vbo vtar: ad ipam ſe tenet: nec ſe
ad ſimulacrorꝫ fallaciā quorꝫ pondꝰ am
plexus a deo ſuo cadere atq̄ꝫ dimergi ſo
let: vlla cōmotꝰ inanitate cōuertit: nihil
immoderatiōis. ꝛ ideo nihil egeſtatꝫ ni/
hil igit̄ miſerie ptimeſcit. Habꝫ ḡ mo/
dū ſuū id ē ſapientiā quiſq̄s beatus eſt.
Que eſt autē dicēda ſapiētia: niſi que dei
ſapiētia eſt. Accepimꝰ autē etiā autori/
tate diuia: dei filiū nihil eē aliud q̄ꝫ dei
ſapientiā. et ē dei filiꝰ pfecto deꝰ. Deum
habet igit̄ quiſq̄s beatꝰ ē: quod omi/
bus nobis iā ante placuit: cū hoc cōui
uiū ingreſſi ſumus. Sed q̄d putat̄ eſſe
ſapientiā niſi veritatē? Etiā hoc enī di/
ctū eſt. Ego ſum veritas. Veritas autē
vt ſit: fit p aliquē ſummū modū: a q̄ pro
cedit: et in quem ſe pfecta cōuertit. Ipſi
autē ſūmo modo nullus aliꝰ modꝰ im/
ponit̄. Si enī ſūmus modus p ſummū
modū modꝰ eſt: p ſeipm modꝰ eſt. Sed
etiā ſummꝰ modꝰ neceſſe eſt vt verꝰ mo
dus ſit. Vt igit̄ veritas modo gignitur
ita modꝰ veritate cognoſcit̄. Neq̄ꝫ igit̄
vitas ſine modo: neq̄ꝫ modꝰ ſine vitate
vnq̄ꝫ fuit. Quis eſt dei filiꝰ? dictū ē veri
tas. Quis eſt qui nō habꝫ patrē? Quis
alius q̄ꝫ ſummꝰ modus? Quiſq̄s igitur
ad ſummū modū p veritatē venerit bea
tus ē. Hoc ē animū deū habere: id ē deo
pfrui. Cetera enī q̄ꝫuis a deo habeant̄
nō habēt deū. Admonitō aūt q̄dā q̄ nō
biſcū agit: vt deū recordemur: vt eū q̄ra/
mus. vt eū pulſo omi faſtidio ſitiamꝰ: de
ipo ad nos fonte vitatis emanat. Hoc ī
terioribꝫ luminibꝫ nr̄is iubar: ſol ille ſecre
tus infūdit. Huiꝰ ē verꝫ oē q̄d loq̄mur:
etiā qn̄ adhuc vel minus ſanis vł repen
te aptis oculis audacter cōuerti: ꝛ totū
intueri trepidamꝰ. nihilq̄ꝫ aliō etiā h̄ ap
